

Livre No 43 de la

BIBLIOTHÈQUE
PILLONE

PIERRE BERÈS



Thomas Brooke F.S.A.
Armitage Bridge.

LIBRARY
Brigham Young University
RARE BOOK COLLECTION

Vault
093
Az1
1480

BRIGHAM YOUNG UNIVERSITY
3 1197 23794 6154

TEMPORA CVM cauſis
latium digeſta per annum:
Lapſaq; ſub terras: ortaq;
ſigna canam.
Excipe pacato cæſar germanice uultu
Hoc opꝰ: & timidæ dirige nauis iter.
Officioq; leuem nō aduerſatꝰ honorem
Huic tibi deuoto: numine dexter ades.
Sacra recognoſces annalibꝰ eruta priſcis:
Et quo ſit merito quaeq; notata dies.
Inuenies illic & feſta domeſtica uobis:
Sæpe tibi pater eſt: ſæpe legendꝰ auꝰ.
Quæq; ferunt illi pictos ſignantia faſtos:
Tu q̊q; cum druſo præmia fratre feres.
Cæſaris arma canant alii: nos cæſaris aras:
Et quoſcūq; ſacris addidit ille dies.
Annue conanti per laudes ire tuorū:
Deq; meo pauidos excute corde metꝰ.
Da mihi te placidū: dederis in carmina uires.
Ingenium uultu ſtatq; caditq; tuo.
Pagina iudicium docti ſubitura mouet̃
Principis: ut clario miſſa legenda deo.
Quæ ſit enim culti facūdia ſenſimus oris:
Ciuica pro trepidis quom tulit arma reis.
Scimus: & ad noſtras quō ſe tulit īpetus artes:
Ingenii currant flumina q̄ta tui.
Si lic& & fas eſt: uates rege uatis habenas
Auſpicio foelix totꝰ ut annus eat.
Tempora digerer& quō cōditor urbis in annū:
Conſtituit menſes quinq; bis eſſe ſuum.
Scilic& arma magis: q̄ ſydera romule noras:
Curaq; finitimos uincere maior erat.
Eſt tamen & ratio caeſar: quæ mouerit illum:
Erroremq; ſuum quo tueatur hab&.
Quod ſatis ē: utero matris dū prodeat infans. rr.

Hoc āno ſtatuit temporis eſſe ſatis.
Per totidē menſes a funere cōiugis uxor
Suſtin& ī uidua triſtia ſigna domo.
Hæc igitur uidit trabeati cura quirini:
Quō rudibꝰ populis ānua iura daret.
Martis erat primꝰ mēſis: ueneriſqꝫ ſecūdꝰ:
Hæc generis prīceps. ipſiꝰ ille pater.
Tertiꝰ a ſenibꝰ: iuuenū de nomine quartus:
Quæ ſequit̄: numero turba notata fuit.
At nūc nec ianū nec auitas præterit ūbras.
Mēſibꝰ antiquis præpoſuitqꝫ duos.
Ne tamē ignores uarioꝝ iura dieꝝ:
Non habet officium lucifer omnis idem.
Ille nefaſtꝰ erit: per quē tria uerba ſilentur:
Faſtꝰ erit: per quem lege licebit agi.
Nec toto perſtare die ſua iura putaris:
Qui iam faſtꝰ erit: mane nefaſtꝰ erat.
Nā ſimul exta deo data ſunt: lic& omnia fari:
Verbaqꝫ honoratꝰ libera prætor hab&.
Eſt quoqꝫ quo populū ius ē īcludere ſeptis:
Eſt quoqꝫ qui nono ſemper ab orbe redit.
Vēdicat auſonias iunonis cura calendas.
Idibꝰ alba ioui grandior agna cadit.
Nonaꝝ tutela deo car& omnibꝰ iſtis
Ne fallare caue: proximꝰ ater erit.
Omen ab euentu ē: illis nam roma diebꝰ
Marte ſub aduerſo triſtia damna tulit.
Hæc mihi dicta ſemel totis hærentia faſtis:
Ne ſeriē reꝝ ſcindere cogar: erant.
Ecce tibi fauſtū germanice nuntiat annum:
Inqꝫ meo primum carmine ianꝰ adeſt.
Iane biceps anni tacite labentis origo:
Solus de ſuperis: qui tua terga uides:
Dexter ades ducibꝰ. quoꝝ ſecura labore
Ocia terra ferax: ocia pontꝰ hab&.
Dexter ades patribꝰqꝫ tuis: populoqꝫ quirini:
Et reſera nutu candida templa tuo.
Proſpera lux oritur. linguis animiſqꝫ fauete:
Nūc dicenda bono ſunt bona uerba die.

UPB

Lite uacent aures:īſanaq; protinꝰ abſint
  Iurgia:differ opꝰ liuida turba tuum
Cernis:odoratis ut luceat ignibꝰ aer:
  Et ſon& accenſis ſpica lyciſca focis?
Flāma nitore ſuo temploꝝ uerberat aurum:
  Et tremulū ſumma ſpargit in æde iubar.
Veſtibꝰ itactis tarpeias itur in arces:
  Et populus feſto cōcolor ipſe ſuo eſt.
Iamq; noui præeūt faſces:noua purpura fulg&.
  Et noua cōſpicuū pōdera ſentit ebur.
Colla rudes opeꝝ præbent ferienda iuuenci
  Quos aluit cāpis herba faliſca ſuis.
Iuppiter arce ſua:totū cū ſpect& in orbem:
  Nil niſi romanū:quod tueatur:habet.
Salue feſta dies:meliorq; reuertere ſemper
  A populo rerum digna potente coli.
Quem tamen eſſe deū dicam te iane biformis?
  Nam tibi par nullum græcia numen hab&.
Aede ſimul cauſam.cur dꝰ coeleſtibꝰ unꝰ:
  Siſq; quod a tergo ſiſq; quod ante uides:
Hæc ego cū ſumptis agitarem mente tabellis:
  Lucidior uiſa ē:q̄ fuit ante:domꝰ
Tū pater ācipiti mirandꝰ imagine ianꝰ
  Bina repente oculis obtulit ora meis.
Extimui:ſenſiq; metu riguiſſe capillos:
  Et gelidum ſubito frigore pectꝰ erat.
Ille tenēs baculū dextra:clauēq; ſiniſtra
  Aedidit hos nobis ore priore ſonos.
Diſce metu poſito uates operoſe dieꝝ
  Quod petis:& uoces percipe mēte meas.
Me chaos ātiqui nā ſum res priſca uocabant
  Aſpice q̄ longi temporis acta canam.
Lucidꝰ hic aer:& quæ tria corpora reſtant:
  Ignis:aqua:& tellus unꝰ aceruꝰ erant.
Vt ſimul hæc reꝝ ſeceſſit lite ſuaꝝ.
  Inq; nouas abiit maſſa ſoluta domos.
Altū flāma petit.ꝓpior locꝰ aere coepit:
  Sederunt medio terra fretumq; ſolo.
Tūc ego:qui fuerā globꝰ & ſine imagīe moles:

In faciem redii: menbraque digna deo.
Nũc quoq;: cõfuſæ: quoniã nota pãua figurae ẽ:
Ante quod eſt in me poſtq; uidetur idem.
Accipe quaeſitae quae cauſa ſit altera formae:
Hanc ſimul ut noriſ officiumq; meum.
Quicquid ubiq; uides coeluꝫ mãe nubila terraſ.
Omnia ſunt noſtra clauſa, patentq; manu.
Me peneſ eſt unũ uaſti cuſtodia mundi:
Et iꝰ uertendi cardiniſ omne meum eſt.
Quom libuit pacem placidiſ immittere tectiſ:
Libera perpetuas ambulat illa uias
Sanguine lætifero totꝰ miſcebitur orbis:
Ni teneant rigidæ condita bella ſeræ.
Præſideo foribꝰ coeli cum nutibꝰ horiſ:
Et redit officio iuppiter ipẽ meo.
Inde uocõ ianꝰ. cui cum cereale ſacerdos
Imponit libum fãraq; miſta ſale:
Nomina ridebis: mõ namq; patulciꝰ idem:
Et modo ſacrifico clauſiꝰ ore uocor.
Scilic& alterno uoluit rudis illa uetuſtaſ
Nomine: diuerſas ſignificãe uices.
Viſ mea narrata eſt: cãm nunc diſce figuræ
Iam tamen hanc aliqua tu quoq; pãte uides.
Omnis habet geminas hĩc atq; hĩc ianua frõtes
Et quibꝰ hæc populũ ſpectat: at illa larẽ.
Vtq; ſedens ueſter primi prope limina tecti
Ianitor: egreſſus introitꝰq; uidet:
Sic ego pſpicio coeleſtis ianitor aulæ
Eoas partes heſperiaſq; ſimul.
Ora uides hecates in tres uertentia ptes:
Seru& ut in ternas conpita ſecta uias.
Et mihi: ne flexu ceruicis tempora perdam:
Cernere non moto corpore bina lic&
Dixerat: & uultu: ſi plura requirere uellem:
Difficilem mihi ſe non fore pactꝰ erat.
Sumpſi animũ: gratesq; deo nõ territꝰ egi:
Verbaq; ſum ſpectans pauca locutꝰ humum.
Dic age frigoribꝰ quare nouꝰ incipit annꝰ.
Qui melius per uer incipiendꝰ erat.

Omnia tunc florent: tūc eſt noua tempōis ætaſ:
Et noua de grauido palmite gēma tumet.
Et modo formatis operit̄ frondibꝰ arbor:
Prodit & in ſummū ſeminis herba ſolum:
Et tepidum uolucres cōcentibꝰ aera mulcent:
Ludit & in pratis: luxuriatq; pecꝰ:
Tūc blādi ſoles: ignotaq; prodit itundo:
Et luteū celſa ſub trabe figit opꝰ.
Tūc paritur cultꝰ ager: & renouatur aratro:
Hæc anni nouitas iure uocanda fuit.
Quæſieram multis nō multis ille moratꝰ:
Contulit in uerſus ſic ſua uerba duos.
Bruma noui prima ē ueteriſq; nouiſſima ſolis
Principiū capiunt phoebꝰ & annꝰ idem.
Poſtea mirabar qur non ſine litibꝰ eſſ&
Prima dies. cauſam percipe ianꝰ ait.
Tempora cōmiſi naſcentia rebꝰ agendis:
Totꝰ ab auſpicio ne foret annꝰ iners.
Quiſq; ſuas artes ob idē delibat agendo:
Nec pluſq̄ ſolitū teſtificatur opꝰ.
Mox ego. qur: q̄uis alioꝝ nomina placem:
Iane tibi primum thura meꝝq; fero.
Vt poſſis aditū per me: qui lumina ſeruo:
Ad quoſcūq; uoles inquit habere deos.
At qur læta tuis dicūtur uerba calendis:
Et damꝰ alternaſ accipimꝰq; preces.
Tūc deꝰ incunbens baculo: quē dextra gerebat
Omnia principiis inquit ineſſe ſolēt.
Ad primam uocē timidaſ aduertitis aures:
Et primum uiſam conſulit augur auem.
Tēpla patent: aureſq; deum: nec lingua caducas
Cōcipit ulla preces: dictaq; pondꝰ habent.
Deſierat ianꝰ nō longa ſilentia feci:
Sed tetigi uerbis ultima uerba meis.
Quid uult palma ſibi: rugoſaq; carica dixi:
Et data ſub niueo cōdita mella cado.
Omen ait cauſa eſt: ut res ſapor ille ſequatur:
Et pergat coeptum dulcis ut annꝰ iter
Dulcia qur dātur uideo: ſtipis adiice cauſam:

Pars mihi de feſto ne lab& ulla tuo.
Riſit.& o q̃te fallũt tua ſecula dixit:
Qui ſtipe mel ſumpta dulciꝰ eſſe putas.
Vix ego ſaturno queq̃ regnante uidebam:
Cuiꝰ non animo dulcia lucra forent.
Tempõe creuit amor:q nũc ẽ ſummꝰ:habẽdi.
Vix ultra:quo iam progrediat̃ :hab&.
Pluriſ opes nũc ſunt :q̃ priſci temporis ãniſ:
Dũ populus pauper:dum noua roma fuit:
Dũ caſa mãtigenam capiebat pãua quirinum:
Et dabat exiguum fluminis ulua thorum.
Iuppiter anguſta uix totꝰ ſtabat in æde
In iouis dextra fictile fulmen erat.
Frondibꝰ ornabat:quæ nũc capitolia gẽmis:
Paſcebatq; ſuas ip̃e ſenator oues.
Nec pudor in ſtipula placidã cœpiſſe qetem:
Nec foenum capiti ſuppoſuiſſe fuit.
Iura dabat populo poſito mõ prætor aratro:
Et leuis argenti lamina crimen erat.
At poſtq̃ fortuna loci caput extulit huiꝰ:
Et tetigit ſummos uertice roma deos:
Creuerũt & opes & opum furioſa libido:
Et cum poſſideant plurima :plura petunt.
Quærere ut abſumant:abſumpta reqrere certãt:
Atq; ipæ uiciis ſunt alimenta uices.
Sic:qbꝰ intumuit ſuffuſa uenter ab unda:
Quo plus ſunt potæ:plus ſitiũtur aquæ.
In precio precium nũc ẽ:dat cenſus honores.
Cenſus amiciciaſ:pauper ubiq; iac&.
Tu tamen auſpiciũ qur ſit ſtipiſ utile quæris:
Qur iuuent noſtras æra uetuſta manꝰ.
Aera dabant olim meliꝰ nũc omẽ in auro ẽ:
Victaq; conceſſit priſca moneta nouæ.
Noſ quoq; templa iuuãt:q̃uis ãtiquã ꝓbemꝰ
Aurea.maieſtas conuenit ip̃a deo.
Laudamꝰ ueteres:ſed noſtris utimur annis.
Mos tamen eſt æque dignꝰ uterq; coli.
Finierat.monitꝰ placidis ita rurſus ut ante
Clauigerũ uerbis alloquor ip̃e deum.

Multa quidem didici. ſʒ qur naualiſ in ære
Altera ſignata eſt: altera forma biceps.
Noſcere me duplici poſſes ut imagine dixit:
Ni uetꝰ ipā dies extenuaſſet opꝰ.
Cauſa ratis ſupereſt. tuſcū rate uenit ī āmem:
Ante pererrato falcifer orbe deꝰ.
Hac ego ſaturnū memini tellure receptum:
Coelitibꝰ regnis a ioue pulſus erat.
Inde diu genti manſit ſaturnia nomen:
Dicta fuit latium terra latente deo.
At bona poſteritaſ puppim formauit in ære:
Hoſpitis aduentū teſtificata dei.
Ipſe ſolum colui: cuiꝰ placidiſſima læuum
Radit arenoſi thybridis ūda latꝰ.
Hic: ubi nūc roma eſt: tūc ādua ſilua uirebat.
Tantaqꝫ res: paucis paſcua bobꝰ erat.
Arx mea collis: erat quā uſqꝫ nomīe noſtro
Nūcupat: hæc ætas ianiculūqꝫ uocat.
Tūc ego regnabam: patiens cū terra deorum
Eſſet & humaniſ numina miſta locis.
Nōdū iuſtitiam facinꝰ mortale fugarat:
Vltima de ſuperis illa reliquit humum.
Proqꝫ metu populū ſine ui pudor ipē regebat:
Nullus erat iuſtis reddere iura labor.
Nil mihi cū bello: pacem poſteſqꝫ tuebar:
Et clauem oſtendens hæc ait arma gero.
Preſſerat ora deꝰ. tūc ſic ego noſtra reſolui:
Voce mea uoces eliciente dei.
Quom tot ſint iani: qur ſtas ſacratꝰ in uno
Hic: ubi templa foriſ iūcta duobꝰ habes?
Ille manu mulcēs ꝓpexā ad pectora barbam
Protinꝰ ebalii retulit arma tati:
Etqꝫ leuis cuſtos armilis capta ſabinos
Ad ſummæ tacitos duxerat arcis iter.
Inde: uelut nūc ē per quē deſcēditis inqt:
Arduꝰ in ualles per fora cliuꝰ erat.
Et iam: cōtigerāt portam: ſaturnia cuiꝰ
Dempſerat oppoſitaſ inuidioſa ſeraſ.
Cum tanto ueritꝰ cōmittere numine pugnam rr.4.

Ipſe meæ noui callidꝰ artiſ opꝰ:
Oraqꝫ :qua pollenſ ope ſum:fontana reſolui:
Sumqꝫ repentinaſ eiaculatꝰ aquaſ.
Ante tamen madidis ſubieci ſulphura uenis:
Clauder& ut tatio feruidꝰ humor iter.
Cuiꝰ: ut utilitas pulſiſ percepta ſabinis:
Quæ fuerat:tuto reddita forma loco eſt.
Ara mihi poſita ē paruo coniūcta ſacello:
Hæc adol& flammis cum ſtrue farra ſuis
At quæ pace lates:motiſqꝫ recluderis armis?
Nec mora quæſiti reddita cauſa mihi eſt.
Vt pateant populo reditꝰ ad bella profecto:
Tota pat& dempta ianua noſtra ſera.
Pace fores obdo:ne qua diſcedere poſſit:
Cæſareoqꝫ diu numine clauſus ero.
Dixit. & attolens oculos diuerſa tuentes
Aſpexit toto quidqd in orbe fuit.
Pax erat & ueſtri germanice cauſa triumphi
Tradiderat famulas iam tibi renꝰ aquas.
Iane face æternam pacem paciſqꝫ miniſtros:
Ne ue ſuum præſta deſerat auctor opꝰ.
Quod tamē ex ip̄is licuit mihi diſcere faſtis:
Sacrauere patres hac duo templa die.
Accepit phoebo nymphaqꝫ coronide natum
Inſula:diuidua quam premit amnis aqua.
Iuppiter in parte ē coepit locꝰ unꝰ utrūqꝫ:
Iunctaqꝫ ſunt magno templa nepotis auo.
Quiſ uetat & ſtellas:ut quæqꝫ orit̄qꝫ caditqꝫ
Dicere? promiſſi pars fuit illa mei.
Foelices animæ:quibꝰ hæc cognoſcere primuꝫ:
Inqꝫ domoſ ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter uitiiſqꝫ iociſqꝫ
Altiꝰ humanis exeruiſſe caput.
Non uenꝰ & uinū ſublimia pectora fregit.
Officiumqꝫ fori militiæqꝫ labor.
Nec leuis ambitio:perfuſaqꝫ gloria fuco:
Magnarum ue fames ſollicitauit opum.
Admouere oculis diſtantia ſidera noſtris.
Aetheraqꝫ ingenio ſuppoſuere ſuo.

Sic petitur cœluꝫ:nõ ut ferat oſſan olympꝰ:
Sumaqꝫ peliacꝰ ſidera tangat apex.
Nos quoqꝫ ſub ducibꝰ cœlum metabimur illis:
Ponemꝰqꝫ ſuos ad uaga ſigna dies.
Ergo ubi nox aderit uenturis tercia nonis:
Sparſaqꝫ coeleſti rore madebit humꝰ:
Octipedis fruſtra quærũtur brachia cancri:
Præceps occiduas ille ſubibit aquas.
Ni ſteterĩt imbres miſſi tibi nubibꝰ atris:
Nonæ ſigna dabunt exoriente lyra.
Quatuor adde dies ductis exordine nonis:
Ianꝰ agonali luce piandꝰ erit.
Nominis eſſe poteſt ſuccĩtꝰ cauſa miniſter:
Hoſtia coelitibꝰ quo feriẽte cadit.
Qui calido ſtrictos tincturꝰ ſanguine cultros
Semper agat ne rogat:nec niſi iuſſꝰ agit.
Pars:quia nõ ueniant pecudes:ſed agãt:ab actu
Nomen agonalem credit habere diem.
Pars putat hoc feſtũ priſcis agnalia dictum
Vna ſit ut proprio littera dẽpta loco.
Aut:qa præuiſos in aqua tim& hoſtia cultros:
A pecoris lux eſt iſta notata metu.
Fas etiã:fieri ſolitis ætate prioꝝ
Nomina deludis græca:tuliſſe diem.
Et pecꝰ antiqꝰ dicebat agonia ſermo:
Veraqꝫ iudicio eſt ultima cauſa meo.
Vtqꝫ ea nõ certa ẽ ita rex placare ſacroꝝ
Numina lanigeræ cõiuge deb& ouis.
Victima quæ dextra cecidit uictrice uocatur.
Hoſtibꝰ a domitis hoſtia nomen hab&.
Ante: deos homini quod conciliare ualeret:
Far erat:& pueri lucida mica ſalis.
Nõdũ pertulerat lachrymatas cortice myrrhas
Acta per æquoreas hoſpita nauis aquas.
Thura nec euphrates:nec miſerat ĩdia coſtum:
Nec fuerant rubri cognita fila croci.
Ara dabat fumos herbis contenta ſabinis:
Et non exiguo laurꝰ aduſta ſono.
Si qſ erat :prati factis de flore coronis

a.v.

Qui poſſet uiolas addere :diues erat.
H:c:qui nūc aperit ꝑcuſſi uiſcera tauri
In ſacris: nullum culter babebat opꝰ.
Prima cæres auidæ gauiſa eſt ſanguine porcæ
Vlta ſuas merita caede nocentis opes.
Nam ſata uere nouo teneris lactentia ſucciſ
Eruta ſetigerae comperit ore ſuis.
Sus dederat poenas:exemplo territꝰ buius
Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quem ſpectans aliquis dētes in uite premētē
Talia non tacito uerba dolore dedit.
Rode caper uitem tñ bīc cū ſtabis ad aram:
In tua quod ſpargi cornua poſſit erit.
Verba fides ſequitur.noxae & tibi deditꝰ boſtiſ
Spargitur affuſo cornua bacche mero.
Culpa ſui nocuit nocuit quoqꝫ culpa capellae :
Q uid bos?quid placidae cōmeruiſtiſ oues?
Flebat ariſtaeus:qđ apes cum ſtirpe necatas
Viderat incoeptos deſtituiſſe fauos.
Cerula quem genitrix aegre ſolata dolentem
Addidit baec dictis ultima uerba ſuis.
Siſte puer lacbrymas.ꝓteꝰ tua dāna leuabit
Q uoqꝫ modo repares quae periere dabit.
Decipiat ne te uerſis tamen ille figuris:
Impediat geminas uincula firma manus.
Peruenit ad uatem iuuenis:reductaqꝫ ſomno
IAlligat aequorei brachia capta ſenis.
Ile ſuam faciem tranſformat & alterat arte:
Mox domitꝰ uinclis ī ſua membra redit.
Oraqꝫ cerulea tollens rorantia barba.
Qua dixit repares arte requiris apes .
Obrue mactati corpus tellure iuuenci:
Quod petis à nobiſ obrutus ille dabit.
Iuſſa facit paſtor.feruent examina putri
De boue mille animas una necata dedit.
Pauit ouis pratum uerbenas improba carpſit:
Quas pia diis ruriſ ferre ſolebat anꝰ.
Q uid tuti ſupereſt animam quom ponat ī aris
Lanigerumqꝫ pecꝰ:ruricolaeqꝫ boues:

Placat equo perſis radiis hyperiona cinctum:
  Ne detur celeri uictima tarda deo.
Quæ ſemel eſt triplici ꝓ uirgine cæſa dianæ:
  Nunc quoqꝫ pro nulla uirgine cerua cadit.
Exta canum triuiæ uidi libare ſapæos
  Et quicūqꝫ. tuas accolit eme niues
Cæditur & rigido cuſtodi ruriſ aſelluſ:
  Cauſa pudenda quidem: ſꝫ tamē apta deo.
Feſta corymbiferi celebrabat græcia bacchi
  Tertia quæ ſolito tempore bruma refert.
Dii quoqꝫ cltoreſ in idem uenere lycei
  Et quicūqꝫ lociſ nō alienꝰ erat:
Panes: & in uenerem ſatirorū prona iuuentꝰ:
  Quæqꝫ colūt: ānes: ſolaqꝫ rura: deæ.
Venerat & ſenior pando ſilenꝰ aſello:
  Quiqꝫ rubro pauidas inguine terr& aues:
Dulcia qui dignū nemꝰ in cōuiuia nacti
  Gramine ueſtitis accubuere thoriſ.
Vina dabat liber. tulerat ſibi quiſqꝫ coronam.
  Miſcendaſ lāge riuꝰ agebat aquas.
Naiades: effuſis aliæ ſine pectinis uſu:
  Pars aderant comptis āte manuqꝫ comis.
Illa ſuperſuraſ tunicam collecta miniſtrat:
  Altera diſſuto pectꝰ aperta ſinu:
Exerit hæc humerū: ueſtes trahit illa ꝑ herbas:
  Impediūt tenero uincula nulla pedes.
Hinc aliæ ſatyris incendia mitia præbent:
  Parſ tibi: qui pinu tempora nexa geris:
Te quoqꝫ inextinctæ ſilene libidinis urunt:
  Nequicia eſt: quæ te non ſinit eſſe ſenem.
At ruber hortorū deꝰ & tutella priapꝰ
  Omnibꝰ ex iſtis lotide captꝰ erat.
Hāc cupit: hānc optat: ſola ſuſpirat in illa:
  Signaqꝫ dat nutu: ſollicitatqꝫ notis.
Faſtꝰ ineſt pulchris: ſequitꝫ ſuperbia formam.
  Irriſum ultu deſpicit illa ſuo.
Nox erat: & uino ſomnū faciente: iacebant:
  Corpora diuerſis uicta ſopore locis.
Lotis in hærboſa ſub acernis ultima ramis:

Sicut erat luxu laſſa: quieuit humo:
Surgat amãs: animãq; tenens ueſtigia furtim
Suſpenſo digitis fert taciturna gradu.
Vt tegit niueæ ſecreta cubilia nymphæ:
Ipſe ſui flatꝰ: ne ſon& aura: cau&.
Et iã finitima corpus librabat in herba:
Illa tamẽ multi plena ſoporis erat.
Gaudet & a pedibꝰ tracto uelamine: uota
Ad ſua fœlici coeperat ire uia.
Ecce rudens rauco ſileni uector aſellus
Intempeſtiuos edidit ore ſonos.
Territa cõſurgit nymphæ: manibꝰq; priapum
Reiicit: & fugiens cõcitat omne nemꝰ.
At deꝰ obſcena nimiũ quoq; parte paratꝰ
Omnibꝰ ad lunæ lumina riſus erat.
Morte dedit pœnaſ auctor clamoris: & hæc eſt
Helleſpontiaco uictima grata deo.
Intactæ fueratis aues ſolatia ruris:
Aſſuetũ ſyluis: innocuumq; genꝰ.
Quae facitiſ nidoſ & plumis oua fouetis
Et facili dulces editiſ ore ſonos.
Sed nihil iſta iuuant: quia liguae crimẽ habetis:
Diiq; putant mentes uoſ aperire ſuas.
Nõ tamẽ hoc falſũ ẽ: nã diis ut ꝓxima quaeq; ẽ
Nunc penna ueras: nũc datis ore notas.
Tuta diu uolucrũ proles tũ deniq; caeſa eſt
Iuueruntq; deos ĩdiciſ exta ſui.
Ergo ſæpe ſuo cõiunx abducta marito
Vritur in calidiſ alba colũba focis.
Nec defenſa iuuant capitolia: quo minꝰ anſer
Det iecur in lances inache laute tuas.
Nocte deæ noctis criſtatꝰ cæditur ales
Qui trepidum uigili prouocat ore diem.
Interea delphin claꝝ ſuper aethera ſydꝰ
Tollitur. & patriis exerit ora uadis.
Poſtera lux hyemem medio diſcrimine ſignat:
Aequaq; praeteritae quae ſuperabit erit.
Proxima ꝓſpiciet: tithono aurora relicto:
Arcadiae ſacrum pontificale deae.

Te quoqꝫ lux eadem turni ſoror æde recepit:
Hic ubi uirginea cāpꝰ obitur aqua.
Vnde petā cauſas boꝝ morēqꝫ ſacroꝝ?
Diriget in medio quis mea uela freto?
Ipſa moue quæ nomen habes a carmīe dictū:
Propoſitoqꝫ faue ne tuus erret honor.
Orta prior luna: de ſe ſi creditur ipſi:
A magno tellus arcade nomen habet.
Hinc fuit euander: qui q̄q̄ clarꝰ utroqꝫ:
Nobilior ſacræ ſanguine matris erat.
Quæ ſimꝉ æthereoſ aīo conceperat ignes:
Ore dabat pleno carmina uera dei.
Dixerat hæc nato motꝰ inſtare ſibiqꝫ:
Multaqꝫ præterea tempore nacta fidem
Nā iuuenis: nimiū uera cum matre: fugatꝰ
Deſerit arcadiam paraſiumqꝫ larem.
Cui genitrix flenti: fortuna uiriliter inquit
Siſte precor lachrymas iſta ferenda tibi eſt.
Sic erat in fatis: nec te tua culpa fugauit.
Sed deꝰ: offenſo pulſus es urbe deo.
Nec meriti poenam pateris: ſed numiniſ iram.
Eſt aliquid: magnis crimen abeſſe malis.
Conſcia mens ut cuiqꝫ ſua eſt: ita concipit intra
Pectora: pro facto ſpēqꝫ metumqꝫ ſuo.
Ne tamen: ut primꝰ: mære mala talia paſſus
Obruit ingenteſ iſta procella uiroſ.
Paſſuſ idem: tyriiſ qui quōdam pulſus ab oriſ
Cadmꝰ in aonia cōſtitit exul humo.
Paſſuſ idem tydeꝰ. & idem pegaſeuſ iaſon:
Et quoſ præterea longa referre mora eſt.
Omne ſolum forti patria eſt: ut piſcibꝰ æquor:
Vt uolucri uacuo qdquid in orbe patet.
Nec fera tempeſtaſ toto tamen errat in anno:
Et tibi: crede mihi: tempora ueris erunt.
Vocibꝰ euander & firmꝰ mente parentiſ
Naue ſecat fluctꝰ heſperiamqꝫ ten&.
Iamqꝫ ratem doctæ monitu carmentiſ ī amnē
Egerat: & thuſcis obuiꝰ ibat aquis.
Fluminis illa latꝰ: cui ſunt uada iūcta tarenti

Aſpicit:& ſpāſas per loca ſola caſaſ.
Vt erat:immiſſis puppim ſtetit ante capilliſ:
Continuitqꝫ manū torua regentiſ iter.
Et procul in dextram tendenſ ſua brachia ripam
Pinea non ſano ter pede texta ferit.
Ne ue dar& ſaltum ꝓperanſ inſiſtere ripæ:
Vix eſt euandri uixqꝫ retenta manu.
Diiqꝫ petitorū dixit ſaluete locorū:
Tuqꝫ nouoſ coelo terra datura deoſ.
Flumīaqꝫ & fontes:qbꝰ utit̄ hoſpita tellꝰ
Et nemorū nymphæ naiadūqꝫ chori.
Eſte boniſ auibꝰ uiſi natoqꝫ mihiqꝫ:
Ripaqꝫ foelici tacta ſit iſta pede.
Fallor?an hi fient ingentia moenia colles:
Iuraqꝫ ab hac terra coetera terra pet&?
Montibꝰ hiſ olim totꝰ ꝓmittit̄ orbis:
Quiſ tantū fati credat habere locum?
Et iam dādaniæ tangent hæc littora pinꝰ:
Hic quoqꝫ cā noui foemīa mātis erit.
Care nepos palla funeſta qd induiſ arma?
Indue:non humili uīdice cæſus eris.
Victa:tamen uinceſ:euerſaqꝫ troia reſurges:
Obru& hoſtilis iſta ruina domoſ.
Vrite uictriceſ neptunnia ꝑgama flammæ:
Non minor hic:toto ē:altior orbe:cinis.
Iam piꝰ æneas ſacra:& ſacra altera patrem
Affer&.illyacos accipe ueſta deos.
Tempꝰ erit quom uoſ orbēqꝫ tuebit̄ idem
Et fient ip̄o ſacra colente deo.
Et penes auguſtos patriæ tutela manebit:
Hanc fas imperii frena tenere domum.
Inde nepos natꝰqꝫ dei:lic& ip̄e recuſ&:
Pondera coeleſti mente paterna fer&.
Vtqꝫ ego perpetuis olim ſacrabor in aris:
Sic auguſta nouū liuia numen erit.
Talibꝰ ut dictis noſtros deſcendit in agros:
Subſtitit in medio preſcia lingua ſono.
Puppibꝰ egreſſus latia ſtetit exul in herba:
Foelix exilium cui locꝰ ille fuit.

Nec mora lõga fuit.ſtabãt noua tecta:nec alter
Montibꝰ auſoniiſ ãcade maior erat.
Ecce boueſ illuc eritheidas applicat heros
Emenſus longi clauiger orbis iter.
Dũqꝫ huic hoſpitium domꝰ ẽ tegeea:uagant̃
Incuſtoditæ lata per arua boues.
Mane erat:excuſſus ſomno tyrinthiꝰ heros
De numero tauroſ ſenſit abeſſe duos.
Nulla uid& taciti quærens ueſtigia furti
Traxerat auerſos cacꝰ in antra boueſ:
Cacꝰ auentinæ timor atqꝫ infamia ſyluæ
Non leue finitimiſ hoſpitibꝰqꝫ malum.
Dura uiro facies:uires pro corpore corpꝰ
Grande:pater monſtri mulciber huiꝰ erat.
Proqꝫ domo:longis ſpelũca receſſibꝰ ingens
Abdita:uix ipſis inuenienda feris.
Ora ſuper poſtes affixaqꝫ brachia pendent:
Squallidaqꝫ humanis oſſibꝰ alb& humꝰ.
Seruata male parte boum:ioue natꝰ abibat:
Mugitum rauco furta dedere ſono.
Accipio reuocamur ait:uocemqꝫ ſecutus
Impia per ſyluas uictor ad antra uenit.
Ille aditum fracti preſtrinxerat obice montis:
Vix iuga mouiſſ& quinqꝫ bis illud onꝰ.
Nititur hic humeris:cœlũ q̃qꝫ ſederat illis
Et uaſtum motu collabefactat onꝰ.
Quod ſimꝉ eulſum ẽ:fragõ æthera terruit igẽs
Ictaqꝫ ſubſedit pondere mollis humꝰ.
Prima mou& cacꝰ collata prælia dextra
Remqꝫ ferox ſaxiſ ſtipitibꝰqꝫ gerit.
Quis ubi nil agit̃:patrias male fortis ad artes
Confugit:& flãmas ore ſonante uomit.
Quaſ quotiens perflat ſpirare typhoea credas:
Et rapidũ ætneo fulgur ab igne iaci.
Occupat alcides:adductaqꝫ claua trinodis
Ter quater aduerſi ſedit in ora uiri.
Ille cadit:mixtaſqꝫ uomit cũ ſanguine flãmas:
Et lato moriens pectore plangit humum.
Immolat ex illis taurum tibi iuppiter unuȝ

Victor:& euandrū ruricolaſq; uocat.
Conſtituitq; ſibi:quæ maxima dicitur:aram:
Hic ubi pāſ urbis de boue nomen hab&.
Nec tac& euandri mater prope tempꝰ adeſſe:
Hercule quo tellꝰ ſit ſatis uſa ſuo.
At fœlix uates:ut diiſ gratiſſima uixit:
Poſſid& hūc iani ſic dea menſe diem.
Idibꝰ in magni caſtꝰ iouiſ æde ſacerdos
Semimaris flammis uiſcera libat ouis.
Redditaq; eſt omnis populo prouīcia noſtro:
Et tuꝰ auguſto nomine dictus auꝰ.
Perlege diſpoſitas generoſa per atria ceras:
Contingerint nulli nomina tanta uiro.
Aphrica uictorem de ſe uocat:alter biſauras:
Aut cretum domitas teſtificatur opes.
Hūc numidæ faciunt:illū meſana ſuperbum:
Ille numantina traxit ab urbe notam.
Et mortem & nomen druſo germania fecit:
Me miſerū uirtꝰ q̄ breuis illa fuit.
Si petat a uictis:tot ſum& nomina cæſar:
Quot numero gentes maximꝰ orbiſ hab&.
Ex uno quidam celebres:aut torquis adempti:
Aut corui titulos auxiliaris:habent.
Magne tuum nomen rerū eſt menſura tuarum:
Sed qui te uicit te quoq; maior erat.
Nec gradꝰ ē fabios ſupra:cognominis:ullus:
Illa domꝰ meritis maxima dicta ſuis.
Sed tamen humanis celebrant̄ honoribꝰ omēs:
Hic ſocium ſummo cum ioue numē hab&.
Sacra uocant auguſta patreſ:auguſta uocantur
Templa ſacerdotum rite dicata manu.
Huiꝰ & augurium depend& origine uerbi:
Et quodcūq; ſua iuppiter aug& ope.
Aug& imperium noſtri ducis:augeat annos:
Protegat & noſtras querna corona fores.
Auſpicibꝰq; deis tanti cognominis hæres
Omine ſuſcipiat:quo pater urbis:onꝰ.
Reſpici& titan actas ubi tertiꝰ iduſ:
Fient paraſiæ ſacra relata deæ.

Nam priꝰ auſonias matres carpenta uehebant.
Hæc quoqꝫ ab euandri dicta parente reor
Mox honor eripit̄ :matronaqꝫ deſtinat omnis.
Ingratos nulla prole nouare uiros.
Ne ue dare partꝰ :ictu temeraria cæco
Viſceribꝰ creſcens excutiebat onꝰ.
Corripuiſſe patres auſas ĩmitia nuptas:
Ius tamen ereptum reſtituiſſe ferunt.
Binaqꝫ nec pariter tegeæ ſacra parenti
Pro pueris fieri uirginibꝰqꝫ iubent.
Scortea non illi fas ē inferre ſacello:
Ne uiolent puros exanimata focos.
Si quis amas ueteres ritꝰ:aſiſte precanti:
Nomĩna percipies non tibi nota priꝰ.
Porrima placatur:poſtuerta:ſiue ſorores:
Siue fugæ comites menali diua tuæ.
Altera quod porro.fuerat ceciniſſe putatur:
Altera uenturum poſtmodo quicquid erat.
Candida te niueo poſuit lux proxima templo:
Qua fert ſublimes alta moneta gradꝰ.
Nūc bene ꝓſpiciens latiam concordia turbam:
Nunc te ſacratæ cōſtituere manꝰ.
Furiꝰ antiqui populi ſuperator ethruſci
Vouerat:& uoti ſoluerat ille fidem.
Cauſa:qđ a patribꝰ ſumptis ſeceſſerat armis
Vulgus :& ip̄a ſuas roma timebat opes.
Cauſa recens melior:ſparſos germania crines
Corrigit auſpiciis dux uenerande tuis.
Inde triumphatæ libaſti munera gentis:
Templaqꝫ feciſti :quā colis ip̄e deæ.
Hæc tua conſtituit genitrix:& rebus:& ara:
Sola toro magni digna reperta iouis.
Haec ubi tranſieris:capricorno phoebe relicto
Per iuuenis curres ſigna regentis aquas.
Septimus hinc oriens quō ſe dimiſerit undis:
Fulgebit nullo nunc lyra nulla polo.
Sydere ab hoc ignis uenienti nocte:leonis
Qui micat in medio pectore :merſus erit.
Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos:

Nec ſemẽtina eſt ulla reperta dies.
Tũ mihi ſenſit enĩ lux hæc indicitur inquit
Muſa.quid a faſtis non ſtata ſacra petis?
Vtqꝫ dies incerta ſacris: ſi tempore certo
Seminibꝰ iactis: eſt ubi foetꝰ ager:
State coronati plenũ ad præſepe iuuenci:
Cum tepido ueſtrum uere redibit opꝰ.
Ruſticꝰ emeritũ palo ſuſpendit aratrum:
Omne reformidat frigore uulnꝰ humꝰ
Villice da requiẽ terræ ſemente peracta:
Da requiẽ: terram qui coluere: uiris.
Pagus agat faſtum: pagum luſtrate coloni
Et date paganis annua liba focis.
Placentur matres frugum tellusqꝫ ceresqꝫ
Farre ſuo: grauidæ uiſceribꝰqꝫ ſuis.
Officium comune ceres & terra tuentur:
Hæc prebet cauſam frugibꝰ: illa locum.
Cõſortes operꝝ: per quas correcta uetuſtas:
Quærnaqꝫ glans uicta eſt utiliore cibo.
Fructibꝰ ĩmenſis auidos ſatiate colonos.
Vt capiant cultꝰ præmia digna ſui.
Vos date perpetuos teneris ſemẽtibꝰ auctꝰ:
Nec noua per gelidaſ uſta ſit hærba niues
Cum ſerimꝰ: cœlũ uentis aperite ſerenis.
Qum lat&: ætheria ſpargite ſemen aqua.
Ne ue graueſ cultꝰ cerealia dona cauete
Agmine læſuro depopulẽtur aues.
Vosquoqꝫ ſubiectis formicæ parcite granis:
Poſt meſſem prædæ copia maior erit.
Interea creſcat ſcabrae rubiginiſ expers:
Ne uitio cœli palleat ulla ſeges.
Et neqꝫ deficiat matie: neqꝫ pinguior aequo
Diuitiiſ pereat luxurioſa ſuis.
Et careant loliis oculoſ uiciantibꝰ: agri:
Nec ſteriliſ culto ſurgat auena ſolo.
Triticeos foetꝰ: paſſuraqꝫ farra bis ignem:
Ordeaqꝫ ingenti foenore reddat ager.
Hoc ego ꝓ uobiſ: hoc uos optate coloni:
Efficiat rataſ utraqꝫ diua ꝑceſ.

Bella diu tenuere uiros:erat aptior enſis
Vomere .cædebat taurus arator equo:
Sarcula ceſſabant:uerſi q; in pila ligones:
Fractaq; de raſtri pondere caſſis erat.
Gratia diis domuiq; tuæ:religata cathænis
Iampridem ueſtro ſub pede bella iacent.
Sub iuga bos ueniat:ſub terras ſemē aratas:
Pax cererem nutrit:pacis alumna ceres
At quæ uenturas præcedit ſexta calendas:
Hac ſunt ledæiſ templa dicata deis
Fratribꝰ illa dies:fratreſ de gente deorū
Circa iuturnæ compoſuere lacꝰ.
Ipſum noſ carmē deduxit pacis ad aras.
Hæc erit: a menſis fine ſecūda dieſ.
Frondibꝰ achaiciſ cōptos redimita capillos
Pax adeſ :& toto mitis in orbe mane.
Dum deſunt hoſtes:deſit quoq; cā triumphi.
Tu ducibꝰ bello gloria maior eris.
Sola gerat miles:quibꝰ arma coherceat arma:
Cantenturq; fera nil niſi pompa :tuba.
Horreat æneadas & primꝰ & ultimꝰ orbis:
Si qua parum romam terra timebit :amet.
Thura ſacerdotes pacalibꝰ addite flammis :
Albaq;: perfuſa uictima fronte:cadat.
Vtq; domꝰ:quæ præſtat eā cū pace perenn&:
Ad pia ꝓpenſoſ uota:rogate deos.
Sꝫ iam prima mei pās ē exhauſta laboriſ:
Cumq; ſuo finem menſe libellus hab&.

IANVS HABET finem: cū cāmine creſcat & annꝰ.
Alter ut it menſis ſic liber alter eat.
Nūc primū uelis elegi maioribꝰ itis:
Exiguum memini nuper eratis opꝰ.
Ipſe ego uos habui facileſ i amore miniſtros.
Cum luſit numeris prima iuuenta ſuis.

Idem ſacra cano ſignataq; tempora faſtis.
   Et quis ad haec illinc crederet eſſe uiam?
Haec mea militia ē: gerimꝰ quæ poſſumꝰ armat
   Dextraq; non omni munere noſtra uacat.
Si mihi non ualido torquētur pila lacerto:
   Nec bellatoris terga premuntur equi.
Nec galea tegimur: nec acuto cingimur enſe:
   His habilis telis quilib& eſſe poteſt
At tua ꝓſequimur ſtudioſo pectore caeſar
   Nomina: per titulos ingredimurq; tuos.
Ergo adeſ: & placido paulum mea mūera uľtu
   Reſpice: pacato ſi quid ab hoſte uacas.
Februa romani dixere piamina patreſ:
   Nunc quoq; dant uerbo plurima ſigna fideȝ.
Pontifices ab rege petūt & flamine lanas
   Quis ueterum lingua februa nomen erat.
Quæq; capit lictor domibus purgamīa certis
   Turbida cum mica farra: uocantur idem.
Nomen idem ramo: qui caeſus ab ãbore pura:
   Caſta ſacerdotum tempora fronde tegit.
Ipſe ego flaminiam poſcentem februa uidi.
   Februa poſcenti pinea uirga data eſt.
Deniq; quodcūq; eſt q̊ corpora noſtra piantur
   Hoc apud intonſos nomen habebat auos
Menſiſ ab his dictꝰ: ſecta qd' pelle luperci
   Omne ſolum luſtrāt: idq; piamen habent.
Aut quia placatis ſunt tempora pura ſepľchris:
   Tunc cum ferales præteriere dies.
Omne nefaſ: omēq; mali purgamine cauſam
   Credebant noſtri tollere poſſe ſenes.
Græcia principium moriſ fuit: illa nocentes
   Impia: luſtratos ponere facta: putat.
Actoriden peleꝰ: ipſum quoq; pelea foci
   Cæde: per hemonias ſoluit acaſtꝰ aquas.
Vectam frenatis per inane draconibꝰ: ægeꝰ
   Credulus: in merita phaſida fouit ope.
Amphiaraides naupacteo acheloo
   Solue nefas dixit: ſoluit & ille nefas.
Ah nimium faciles: qui triſtia crimina caedis

Fulminea :tolli poſſe:putatis aqua
Sed tñ :antiqui ne neſciuſ ōdiniſ erres:
Prim9:ut eſt :iani menſis & ante fuit.
Qui ſequitur ianū:ueteris fuit ultimus anni:
Tu quoq; ſacrorum termine finiſ eras.
Prim9 eniз iani mēſis:quia ianua prima eſt.
Qui ſacer eſt imis manib9:imuſ erat.
Poſtmodo creduntur:ſpatio diſtantia longo
Tempora :biſquini continuaſſe uiri.
Principio menſis phrygiæ contermina matri
Soſpita :delubris dicitur aucta nouis.
Nūc ubi ſunt:illis quæ ſunt ſacrata calendis
Templa deæ: longa procubuere die.
Cætera ne ſimili caderent labefacta ruina:
Cauit ſacrati prouida cura ducis.
Sub quo delubris ſentitur nulla ſenectus:
Ne ſatis eſt homines:obligat ille deos.
Templorū poſitor templorum ſancte repoſtor:
Sit ſuperis:opto:mutua cura tui.
Dent tibi coeleſtes:quos tu cœleſtibus annos:
Proq; tua maneant in ſtatione domo.
Tūc quoq; uicini lucuſ celebratur auerni:
Qua petit æquoreas aduena thybris aquas.
Ad penetrale numæ:capitolinumq; tonantem.
Inq; iouis ſummi cæditur arce bidens.
Sæpe graues pluuias adopertus nubibus æther
Concitat :aut poſita ſub niue terrra latet.
Proximus heſperias titan abiturus in undas
Gemma purpureis cum iuga demet equiſ:
Illa nocte aliquis tollens ad ſydera uultus
Dicet ubi eſt hodie:quæ lyra fulſit heri?
Dumq; lyram quærit:medii q̄q; terga leonis
In liquidas ſubito merſa uidebit aquas.
Quē modo coelatum ſtellis delphina uidebas
Is fugiet uiſus nocte ſequēte tuos.
Seu fuit occultis foelix in amoribus index:
Leibida cum domino ſeu tulit ipſe lyraз
Quod mare non nouit:quæ neſcit ariona telluſ?
Carmine currenteſ ille tenebat aquas.

ſſ.

Sæpe ſequẽs agnam lup9 ẽ a uoce retent9:
Sæpe auidum fugienſ reſtitit agna lupum.
Sæpe caneſ leporeſq; una iacuere ſub umbra:
Et ſtetit in ſaxo ꝓxima cerua leæ.
Et ſine lite loquax cũ palladis alite cornix
Sedit: & accipitri iuncta colũba fuit.
Cynthia ſæpe tuis fertur uocalis arion
Tanq̃ fraterniſ obſtupuiſſe modis.
Nomen arioniũ ſiculas impleuerit urbes:
Captaq; erat lyriciſ auſonis ora ſonis.
Inde domũ repetenſ puppĩ conſcendit arion:
Atq; ita quæſitas arte ferebat opes.
Forſitan infoelix uentoſ undaſq; timebas
At tibi naue tua tutius æquor erat.
Namq; gubernator diſtricto conſtitit enſe:
Cæteraq; armata conſcia turba manu.
Quid tibi cũ gladio ?dubiã rege nauita puppĩ.
Non ſunt haec digitis arma ferenda tuis.
Ille metu pauidus mõtẽ non deprecor inq̄t:
Sed liceat ſumpta pauca referre lyra.
Dant ueniam: ridẽtq; moram: capit ille coronã:
Quae poſſet crineſ phoebe decere tuos.
Induerat tyrio diſtinctam murice pallam:
Reddidit icta ſuos pollice chorda ſonos.
Flebilib9 numeriſ ueluti: canentia dura
Traiectus penna tempora: cantat olor.
Protin9 in medias ornat9 deſilit undas:
Spargitur impulſa cerula puppis aqua.
Inde: fide mai9: tergo delphina recuruo
Se: memorant: oneri ſuppoſuiſſe nouo.
Ille ſedens cytharamq; tenens preciũq; uehẽdi
Cantat: & aequoreas carmine mulcet aquas.
Dii pia facta uident. aſtris delphina recepit
Iuppiter: & ſtellas iuſſit habere nouem.
Nũc mihi mille ſonos: q̄q; ẽ memorat9 achilles
Vellem meonides pectus ineſſe tuum.
Dũ canim9 ſacras alterno pectine nonas:
Maxim9 hiſ faſtis accumulatur honos.
Deficit ingenium: maioraq; uiribus urgent.

Hæc mihi præcipuo ē ore canēda dies.
Quid uolui demenſ elegis imponere tantum
Ponderis? heroici res erat iſta pedis.
Sancte pater patriæ tibi plæbs: tibi curia nomē
Hoc dedit: hoc dedim9 noſ tibi nomē: equeſ.
Res tamen ante dedit ſero q̊ꝗ uera tuliſti
Nomina: iampridem tu pater urbiſ eras.
Hoc tu per terras: qđ in æthere iuppiter alto
Nomen habes: hominū tu pater: ille deum.
Romule concedas: facit hic tua magna tuendo
Moenia: quæ dederas tranſilienda remo.
Te tatius paruiqꝫ cures ceninaqꝫ tellus:
Hoc duce romanum ē ſoliſ utrunqꝫ latus.
Tu breue neſcio quid uictæ telluris habebas:
Quodcūqꝫ ē alto ſub ioue cæſar habet.
Tu rapis: hic caſtas duce ſe iubet eſſe maritas:
Tu recipis luco reppulit ille nephas.
Vis tibi grata fuit florent ſub cæſare leges.
Tu domini nomen: principis ille tenet.
Te rem9 incuſat: ueniam dedit hoſtib9 ille.
Cœleſtem fecit te pater: ille patrem.
Iam puer idæus media ten9 eminet aluo:
Et liquidas miſto nectare fundit aquas.
En etiam ſi quis boream horere ſolebat:
Gaudeat a zephyris mitior aura uenit.
Quītus ab æquoreis nitidū iubar extulit undiſ
Lucifer: & primi tempora ueris erunt.
Ne fallare tamē: reſtant tibi frigora reſtant:
Magnaqꝫ diſcedens ſigna reliquit hyems.
Tertia nox ueniet cuſtodem ꝓtinus urſæ
Aſpicies geminos exeruiſſe pedes.
Inter amadriadas iaculatricemqꝫ dianam
Caliſto ſacri pars fuit una chori.
Illa deæ tangens arc9: quos tangim9 arcus
Eſte meæ teſtes uirginitatis ait.
Cynthia laudauit: ꝓmiſſaqꝫ foedera ſerua:
Et comitū princeps tu mihi dixit eris.
Foedera ſeruaſſet: ſi non formoſa fuiſſet.
Cauit mortales: de ioue crimen habet.

Mille feraſ ſyluis phœbe uenata redibat:
Aut plus aut mediū ſole tenente diem.
Vt tetigit lucum denſa niger ilice lucus
In medio gelidæ fonſ erat altus aquæ.
Hic ait in ſylua uirgo tegeea lauemur:
Erubuit falſo uirginis illa ſono.
Dixerat hoc nymphiſ nymphæ uelamīa ponūt:
Hanc pudet:& tardæ dat mala ſigna moræ.
Exuerat tunicas uteri manifeſta tumore.
Proditur:indicio ponderis ipa ſui.
Cui dea uirgineoſ periura lycaoni cætus
Deſere:nec caſtas pollue dixit aquas.
Luna nouum decies īplerat cōnib9 orbem:
Quæ fuerat uirgo credita:mater erat.
Læſa furit iuno:formam mutatq; puellæ.
Quid facis?inuito eſt pectore paſſa iouem.
Vtq; feræ uidit turpes in pelice uultus:
Huius in amplex9 iuppiter inquit eat.
Vrſa per incultos errabat ſqualida montes:
Quæ fuerat ſummo nuper amata ioui.
Iam tria luſtra puer furto cōcept9 agebat:
Quom mater nato eſt obuia facta ſuo.
Illa quidem tanq̄ cognoſceret aſtitit amens:
Et gemuit: gemit9 uerba parentis erant.
Hanc puer ignar9 iaculo fixiſſet acuto:
Ni foret ad ſuperas rapt9 uterq; domos.
Signa propinqua micant.priō ē ut dixim9 ārctoſ
Artophilax formam terga ſequentis habet.
Sæuit adhuc:canamq; petit ſaturnia thetin:
Menaliam tactis ne lauet arcton aquis.
Idibuſ agreſtis fumant altaria fauni.
Hic ubi diſcretas inſula rūpit aquas:
Hæc fuit illa dies in qua ueientib9 aruis
Ter centum fabii ter cecidere duo:
Vna domus uires & onus ſuſceperat urbis:
Sumunt gentiles arma profeſſa manus.
Egreditur caſtris miles generoſus ab hiiſdem
E quis dux fieri quilibet aptus erat.
Carmentis portæ dextra ē uia ꝓxima iano:

Ire per hanc noli qſquis es: omen habet
Illa fama refert fabios exiſſe trecentos:
Porta uacat culpa: ſed tamen omen habet.
Vt celeri paſſu cremerã tetigere rapacem:
Turbidus hybernis ille fluebat aquis
Caſtra loco ponunt diſtrictis enſibus ipſi
Tyrrhenum ualido marte p agmen eunt.
Non aliter: q̃ cũ libyca de rupe leones
Inuadunt ſparſos lata per arua greges.
Diffugiunt hoſtes: inhoneſtaq; uulnera tergo
Accipiunt: thuſco ſanguine terra rubet.
Sic iterũ ſic ſæpe cadũt. ubi uincere aperte
Non datur: inſidias armaq; tecta parant.
Campus erat: campi claudebant ultima colles.
Syluaq; montanas occulit alta feras.
In medio paucos armentaq; rara relinquunt
Cætera uirgultis abdita turba latet.
Ecce: uelut torrens ũdis pluuialibus auctus
Aut niue quæ zephyro uicta tepente fluit:
Per ſata perq; uias fertur: nec: ut ante ſolebat
Riparũ clauſas margine finit aquas.
Sic fabii uallem latis diſcurſibus implent:
Quodq; uident ſternũt: nec met⁹ alter ĩeſt.
Quo ruitis generoſa dom⁹? male creditis hoſti:
Simplex nobilitas perfida tela caue.
Fraude perit uirtus ĩ apertos ũdiq; campos
Proſiliunt hoſtes: & latus omne tenent.
Quid faciant pauci: contra tot milia fortes?
Quid ue dein miſero tempore reſtet adeſt?
Sicut aper longe ſyluis latrantibus actus
Fulmineo celeres diſſipat ore canes.
Mox tamen ipſe perit: ſic non moriunť ĩulti
Vulneraq; alterna dantq; feruntq; manu.
Vna dies fabios ad bellũ miſerat omnes:
Ad bellũ miſſos perdidit una dies.
Vt tamen herculeæ ſupereſſent ſemina gentis:
Credibile ẽ ipſos conſuluiſſe deos.
Nam puer impubes & adhuc nõ utilis armis
Vnus de fabia gente relictus erat.

Scilicet ut poſſes olim tu maxime naſci.
Cui res cunctando reſtituenda foret.
Continuata loco tria ſydera: coru9 & anguis:
Et medius crater inter utrunq; latet.
Idib9 illa latent: oriuntur nocte ſequenti:
Quæ tibi cur tria ſint tam ſociata canam.
Forte ioui phœb9 feſtum ſolemne parabat:
Non faciet longas fabula noſtra moras.
I mea dixit auis: ne quid pia ſacra moretur.
Et tenuem uiuis fontib9 affer aquam.
Coruus in auratū pedib9 cratera recuruis
Tollit: & aerium peruolat altus iter.
Stabat adhuc fic9 duris deſiſſima pomis
Tentat eam roſtro: non erat apta legi.
Immemor imperii ſediſſe ſub arbore fertur:
Dum fierent tarda dulcia poma mora.
Iāq; ſatur: nigriſ longum capit ūguib9 hydrum:
Ad dominūq; redit. fictaq; uerba refert.
Hic mihi cā moræ uiuarū obſeſſor aquarū:
Hic tenuit fontes: officiumq; meum.
Addis ait culpæ mendacia phoeb9: & audes
Fatidicū uerbiſ fallere uelle deum.
At tibi dū lactens hærebit in arbore ficus:
De nullo gelidæ fonte bibentur aquæ.
Dixit: & antiqui monumenta perennia facti
Anguis: auis: crater: ſydera iuncta micant.
Tertia poſt idus nudos aurora lupercos
Aſpicit: & fauni ſacra bicorniſ erunt.
Dicite pierides: ſacrorum quæ ſit origo:
Attigerint latias unde petita domos.
Pana deum pecoris ueteres coluiſſe feruntur
Arcades: arcadiis plurimus ille iugis.
Teſtis eris pholoe: teſtes ſtymphalides undæ:
Quiq; citis ladon in mare currit aquis.
Cinctaq; pinetis nemoris iuga nonacrini:
Altaq; trozene: paraſiæq; niues.
Pan erat armenti: pan illic numen aquarum:
Mun9 ob incolumes ille ferebat oues.
Tranſtulit euander ſyluestria numina ſecum.

Hic ubi nūc urbs eſt:tūc loc9 urbis erat.
Inde deū colim9:deuectaq; ſacra pelaſgis.
Flamē ad haec priſco more dialis erat.
Cur igitur carrant:& qur ſic currere moſ eſt:
Nuda ferant poſita corpora ueſte rogas?
Ipē deus uelox diſcurrere gaudet in altis
Montib9:& ſubitas concipit ipē feras
Ipſe deus nudus nudoſ iubet eſſe miniſtros:
Nec ſatis ad curſuſ comoda ueſtis erat.
Ante iouem genitū terraſ habuiſſe feruntur
Arcades :& luna genſ prior illa fuit.
Vita feris ſimilis nullos agitata per uſus:
Artiſ adhuc experſ:& rude uulgus erat.
Pro domib9 frōdes norant :ꝑ frugib9 hærbaſ:
Nectar erat palmis hauſta duabus aqua.
Nullus anhelabat ſub adūco uomere taurus:
Nulla ſub imperio terra colentis erat:
Nulluſ adhuc erat uſus equi:ſe qſq; ferebat:
Ibat ouis lana corp9 amicta ſua
Sub ioue durabant :& corpora nuda gerebāt
Dotca graueſ imbres & tollerare notos.
Nunc q̊q; detecti referūt monumēta uetuſti
Moriſ:& antiquas teſtificantur opes .
S; qur præcipue fugiat uelamina faun9:
Traditur antiqui fabula plena ioci.
Forte comes dominæ iuuenis tyrhinthi9 ibat:
Vidit ab excelſo faun9 utrunq; loco.
Vidit:& incaluit:montanaq; numina dixit
Nil mihi nobiſcū ē.hic me9 ardor erit.
Ibat odoratiſ humeros perfuſa capillis
Meonis:aurato conſpicienda ſinu.
Aurea pellebant tepidos umbracula ſoles:
Quæ tamen herculeæ ſubſtinuere man9.
Iam bacchi nem9:& montis uineta tenebant:
Heſper9 & fuſco roſidus ibat equo.
Antra ſubit tophis laqueata & pumice uiuo:
Garrulus in primo limine riuus erat.
Dūq; parant epulas potandaq; uina miniſtri:
Cultib9 alciden inſtruit illa ſuis.

Dat tenues tunicaſ getulo murice tinctas:
Dat teretem zonam: qua mō cincta fuit.
Ventre minor zona ē: tunicarū uincla relaxat:
Vt poſſet magnaſ exeruiſſe manꝰ.
Fregerat armillaſ nō illa ad brachia factas:
Scindebant magni uincula parua pedes.
Illa capit: clauēqꝫ grauē: ſpoliūqꝫ leonis:
Conditaqꝫ in pharetra tæla minora ſua.
Sic epuliſ functi: ſic dant ſua corpora ſomno:
Et poſitis iuxta ſe cubuere toris.
Cā: repertori uitis quia ſacra parabant:
Quæ facerent pure: cum foret orta dies.
Noctiſ erat mediū: qd nō amor īprobꝰ audet?
Roſida per tenebraſ faunꝰ ad antra uenit.
Vtqꝫ uidet comites ſomno uinoqꝫ ſolutos:
Spem capit in dominiſ eſſe ſoporis idem.
Intrat & huc illuc temerariꝰ errat adulter:
Et præfert cautas: ſubſequiturqꝫ manus.
Venerat ad ſtrati captata cubilia lecti:
Et fœlix prima ſorte futurus erat.
Vt tetigit fului ſetiſ hirſuta leonis
Vellera: pertimuit: ſubſtinuitqꝫ manus.
Attonitꝰqꝫ metu rediit. ceu ſæpe uiator
Turbatum uiſo rettulit angue pedem.
Inde tori: qui iunctuſ erat uelamina tangit
Mollia: mendaci decipiturqꝫ nota.
Aſcendit: ſpondaqꝫ ſibi propiore recumbit:
Et tumidū cornu durius inguen erat.
Interea tunicas ora ſubducit ab ima:
Horrebant denſis aſpera crura pilis.
Cætera tentantem cubito tyrīthius heros.
Reppulit: & ſummo decidit ille thoro.
Fit ſonus: & comites inclamat: lumina poſcit
Meonis: illatis ignibus acta patent.
Ille gemit lecto grauiter deiectꝰ ab alto:
Membraqꝫ de dura uix ſua tollit humo.
Ridet & alcides & qui uidere iacentem
Ridet amatorem lyda puella ſuū.
Veſte deꝰ luſus: fallentes lumina ueſtes

Non amat: & nudos ad ſua ſacra uocat.
Adde peregrinis cāſ mea muſa latinas:
Inq; ſuo noſter puluere currat equ9.
Cornipedi fauno cæſa de more capella:
Venit ad exiguas turba uocata dapes.
Dūq; ſacerdotes uerib9 tranſiecta ſalignis
Exta parant: medias ſole tenente uias.
Romulus: & frater: paſtoraliſq; iuuent9:
Solib9 & campo corpora nuda dabant.
Ceſtib9: & iaculis: & miſſo pondere ſaxi
Brachia per luſus experienda dabant.
Paſtor ab excelſo: per deuia rura iuuencos
Romule predones: & reme dixit agunt.
Longum erat armari. diuerſis exit uterq;
Partib9: occurſu præda recepta remi eſt.
Vt rediit: uerib9 ſtridētia detrahit exta
Atq; ait: hæc certe non niſi uictor edet.
Dicta facit: fabiiq; ſimul. uenit irrit9 illuc
Romulus: & menſas oſſaq; nuda uidet.
Riſit & indoluit fabios potuiſſe remumq;
Vincere: quintilios non potuiſſe ſuos.
Fama manet facti: poſito uelamine currunt:
Et memorem famam: q bñ geſſit: habet.
Forſitan et quæres: qur ſit loc9 ille lupercal:
Quæ ue locū tali nomine cauſa notet.
Syluia ueſtalis cœleſtia ſemina partu
Ediderat: patruo regna tenente ſuo.
Is iubet auferri paruos: & in amne necari
Quid facis? exiſtis romulus alter erit.
Iuſſa recuſantes peragūt lachrymoſa miniſtri.
Flænt tamē: & geminos ad loca iuſſa ferunt.
Albula: quē thyberiſ merſus thyberin9 in ūdis
Reddidit: hyberni forte tumebat aquis.
Hic ubi nūc fora ſunt: lintres errare uideres:
Quaq; iacent ualles maxime circe tuæ.
Huc ubi uenerūt nec enim procedere poſſunt
Longi9 ex illis un9 & alter ait.
Ah q̄ ſunt ſimiles ah q̄ formoſus uterq;:
Plus tamen ex iſtis iſte uigoris habet. ſſ.5.

Si genꝰ arguitur uultu: niſi fallit imago:
Neſcio quē e uobis ſuſpicor eſſe deum.
At ſi quiſ ueſtræ deus eſſet originiſ auctor:
In tam præcipiti tempore feret opem.
Ferret opem certe: ſi non ope mater egeret.
Quæ facta eſt uno mater & orba die.
Nata ſimul: moritura ſimul: ſimꝉite ſub ūdas
Corpora: deſierat: depoſuitq̨ ſinu.
Vagierant ambo: pariter ſenſiſſe putares.
Hi redeūt udis in ſua tecta genis.
Subſtinet impoſitos ſumma cauꝰ alueꝰ ūda.
Heu quātū fati parua tabella tulit.
Alueꝰ in limo ſyluis appulſus opacis
Paulatim fluuio deficiente ſedet.
Arbō erat remanēt: ueſtigia: quæq̨ uocatur
Romula non: ficꝰ romula: ficus erat.
Venit ad expoſitos mirū lupa foeta gemellos
Quiſ credat pueris non nocuiſſe feram?
Nō nocuiſſe parū ē: ꝓdeſt q̊q̨ quoſ lupa nutrit
Perdere cognatæ ſubſtinuere manus.
Conſtitit: & cauda teneris blanditur alūnis:
Et lingit lingua corpora bina ſua.
Marte ſatos ſcires timor abfuit: ubera ſugunt:
Nec ſibi promiſſi lactis aluntur ope.
Illa loco nomen fecit: locus ille lupercal.
Magna dati nutrix præmia lactis habet.
Quiſ uetat arcadio dictos a monte lupercos?
Faunꝰ in arcadia templa lycæus habet.
Nupta quid expectas? nō tu pallentibꝰ hærbis
Nec prece: nec magico carmine mater eris.
Excipe foecūdæ patientur uerbera dextræ:
Iam ſocer optatū nomen habebit aui:
Nam fuit illa dies: dura cum ſorte maritæ
Reddebant uteri pignora rara ſui.
Quid mihi clamabat ꝓdeſt rapuiſſe ſabinas
Romulus? hoc illo ſceptra tenente fuit
Si mea non uires: ſed bellū iniuria fecit:
Vtilius fuerat non rapuiſſe nurus.
Monte ſub exquilio multis inciduus annis:

Iunonis magnæ nomine: lucus erat.
Huc ubi uenerũt pariter nuptæq; uiriq;
Suppliciter poſito procubuere genu:
Cum ſubito motæ tremuere cacumina ſyluæ:
Et dea per lucos mira locuta ſuos.
Italides matres inquit: ſacer hircus inito.
Obſtupuit dubio territa turba ſono.
Augur erat nomen longis intercidit annis
Nuper ab aetruſca uenerat exul humo.
Ille caprum mactat iuſſæ ſua terga puellæ
Pellibus exectis perautienda dabant.
Luna reſumebat decimo noua cornua motu:
Virq; pater ſubito: nuptaq; mater erat.
Gratia lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucus:
Aut quia principium tu dea lucis habes.
Parce precor grauidis facilis lucina puellis:
Maturumq; utero molliter aufer onus.
Orta dies fuerit: tu deſine credere uentis:
Perdidit illiuſ temporis aura fidem.
Flamina non conſtant: & ſex reſerata diebus
Carceris æolii ianua lata patet.
Iam leuis obliqua ſubſedit aquari9 urna:
Proxim9 æthereoſ excipe piſcis equos.
Te memorant fratrẽq; tuũ nã iũcta micatis
Signa duoſ tergo ſubſtinuiſſe deos.
Terribilem quondã fugiens typhona dione:
Tũc cũ ꝑ coelo iuppiter arma tulit
Venit ad euphratem comitata cupidine pãuo:
Inq; paleſtinæ margine ſedit aquæ.
Populus & cãne riparum ſumma tegebant
Spemq; dabãt ſalices hos quoq; poſſe tegi.
Dũ lat& inſonuit uẽto nem9: illa timore
Pallet: & hoſtiles credit adeſſe man9.
Vtq; ſuum tenuit natum: ſuccurrite nymphæ:
Et diis auxilium ferte duobus ait.
Nec mora proſiluit. piſces ſubiere gemelli
Pro quo: nũc cerniſ ſydera nomẽ habent.
Inde nefas dicũt gen9 hoc imponere menſis:
Nec uiolant timidi piſcibus ora ſyri.

Proxima lux uacua eſt.at tertia dicta quirino:
Qui tenet hoc nomen romulus ãte fuit.
Siue qđ haſta quiris priſcis ẽ dicta ſabinis:
Bellic9 a tædo uenit in aſtra de9:
Siue ſuo regi nomen poſuere quiriteſ:
Seu quia romaniſ iunxerat ille cures.
Nã pater armipotens poſtq̃ noua mœnia uidit:
Multaqꝫ romulea bella peracta manu.
Iuppiter inquit habet romana potentia uires:
Sanguinis officio non eget illa mei.
Redde patri natum:q̃uis intercidit alter:
Pro ſe:proqꝫ remo:qui mihi reſtat:erit.
Vn9 erit quem tu tolles in ſydera coeli.
Tu mihi dixiſti:ſint rata dicta iouis.
Iuppiter annuerat:nutu tremefactus uterqꝫ
Eſt polus:& coeli pondera nouit atlas.
Eſt loc9:antiqui capreæ dixere paludem:
Forte tuis illic romule iura dabas.
Sol fugit.& remouent ſubeũtia nubila coelũ:
Et grauis effuſis decidit imber aquis.
Hic tonat:hinc miſſis abrũpit̃ ignib9 æther.
Fit fuga:rex patriis aſtra petebat equis.
Luc9 erat:falſæqꝫ patres in crimine cædis:
Hæſiſſetqꝫ animis forſitan ip̃a fides.
Sed procul e longa ueniebat iulius alba
Lunaqꝫ ſurgebat.nec facis uſus erat.
Quom ſubito motu ſepes ſonuere ſiniſtræ.
Rettulit ille gradus:horruerantqꝫ comæ.
Pulcher & humano maior:trabeaqꝫ decor9
Romulus in media uiſus adeſſe uia:
Et dixiſſe ſimul:ꝓhibe lugere quirites:
Ne uiolent lachrymis numina noſtra ſuis.
Thura ferant:placentqꝫ nouuꝫ pia turba q̃rinũ:
Et patrias artes militiamqꝫ colant.
Iuſſit:& in tenues oculis euanuit auras.
Conuocat hic patres:iuſſaqꝫ uerba refert.
Templa deo fiũt:collis quoqꝫ dictus ab illo ẽ
Et referunt certi ſacra paterna dies.
Lux quoqꝫ qur eadẽ ſtultorũ feſta uocet̃:

Accipe: parua quidem cauſa: ſed apta ſubeſt.
Non habuit doctos tellus ãtiqua colonos:
Laſſabãt agiles aſpera bella uiros.
Plus erat in gladio quam curuo laudis aratro:
Neglectus domino pauca ferebat ager.
Farra tamen ueteres iaciebãt: farra metebant:
Primicias cereri farra reſecta dabãt.
Vſibus admoniti flãmis torrẽda dederũt:
Multaq; peccato dãna tulere ſuo.
Nã modo uerrebãt nigras ꝓ farre fauillas:
Nũc ipſas ignes corripuere caſas.
Facta dea ẽ fornax, læti fornace coloni
Orãt: ut uires tẽperet illa ſuas
Curio legitimis tũc fornacalia uerbis
Maximus ĩdixit: nec ſtata ſacra facit.
Inq; foro multa circũ pẽdẽte tabella
Signatur certa curia quæq; nota:
Stultaq; pãs populi quæ ſit ſua curia neſcit:
Sed facit extrema ſacra relicta die.
Eſt honor & tumulis animas placare paternas:
Paruaq; in extructas munera ferre pyras.
Parua petũt manes: pietas ꝓ diuite grata eſt
Munere: non auidos ſtix habet ima deos.
Tegula porrectis ſat ẽ uallata coronis:
Et ſparſæ fruges: paruaq; mica ſalis.
Inq; mero mollita cereſ: uiolæq; ſolutæ
Hæc habeat media teſta relicta uia.
Nec maiora ueto: ſed & his placabiliſ umbra ẽ
Adde preceſ: poſitis & ſua uerba focis.
Hũc morem æneas pietatis idone9 auctor
Attulit in terraſ iuſte latine tuas.
Ille patriſ genio ſolemnia dona ferebat
Hinc populi rit9 edidicere nouos.
At quondam: dũ longa gerũt pugnacib9 ãmis
Bella: parentales deſeruere dies.
Non impune fuit: nã dicitur omine ab iſto
Roma ſub urbanis incaluiſſe rogis.
Vix equidem credo: buſtiſ exiſſe feruntur:
Et tacitæ queſti tempore noctis aui.

Perqꝫ uiaſ urbis latoſqꝫ ululaſſe per agros
Deformeſ animas uulgꝰ inane ferunt.
Poſtea præteriti tumulis redduntur honores
Prodigiiſqꝫ uenit funeribꝰqꝫ modus.
Dum tñ hæc fient: uiduæ ceſſate puellæ
Expectet puroſ pinea tæda dies.
Nec tibi: quæ cupidæ matura uidebere matri:
Comat uirgineas haſta recurua comas.
Conde tuaſ hymenee faces: & ab ignibꝰ atris
Aufer: habent aliaſ mœſta ſepulchra faces.
Dii q̊qꝫ templorũ foribꝰ celentur opertis:
Thure uacent aræ: ſtentqꝫ ſine igne foci.
Nunc aĩæ tenueſ: & corpora functa ſepulchris
Errant: nũc poſito paſcitur umbra cibo.
Non tñ hoc ultra: q̃ quom de menſe ſuperſunt
Luciferi: quot habent carmĩa noſtra pedes.
Hãc: quia iuſta ferũt: dixere feralia lucem:
Vltima placandis manibus illa dies.
Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis:
Sacra facit tacitæ: non tamẽ ĩpa tacet.
Et digitis tria thura tribꝰ ſub limine ponit:
Qua breuis occultum mus ſibi fecit iter.
Tũc cantata ligat cũ fuſco litia plumbo:
Et ſeptem nigras uerſat in ore fabaſ.
Quodqꝫ pice aſtrinxit: qđ acu traiecit aena:
Obſutum menta torret in igne caput.
Vina q̊qꝫ inſtillat: uini quodcũqꝫ relictum eſt:
Aut ĩpa: aut comites: plus tamen ĩpa bibit.
Hoſtilis linguas: ĩnimicaqꝫ iunximus ora:
Dicit diſcedẽs: ebriaqꝫ exit anus.
Protinꝰ a nobis: quæ ſit dea muta requires:
Diſce: per antiquos quæ mihi nota ſenes.
Iuppiter in modico iuturnæ uictus amore
Multa tulit: tanto non patienda deo.
Illa modo ĩ ſyluis inter coryleta iacebat:
Nunc in cognatas deſiliebat aquas.
Cõuocat hic nymphaſ latiũ quæcũqꝫ tenebant:
Et iacit in medio talia uerba choro.
Inuidet ĩpa ſibi: uitatqꝫ: quod expedit illi

Veſtra ſoror: ſummo concubuiſſe deo.
Cõſulite ãbob⁹: nã quæ ẽ mea magna uolupeaſ:
Vtilitas ueſtræ magna ſororis erit.
Voſ illi in prima ſugienti obſiſtite ripa:
Ne ſua fluminea corpora mergat aqua.
Dixerat. annuerãt nymphæ thyberinideſ omẽs
Quæq; colunt thalamoſ ilia diua tuos
Forte fuit nais lar noĩe: prima ſed illi
Dicta biſ antiquũ ſyllaba: nomen erat
Ex uitio poſitũ. ſæpe illi dixerat almo
Nata tene linguam: nec tamen illa tenet.
Quæ ſimulac tetigit iuturnæ ſtagna ſororis:
Effuge ait ripaſ: dicta referte q; iouis.
Illa etiam iunonem adiit miſerataq; nymphas:
Naiada iuturnam uir tu⁹ inquit amat.
Iuppiter intumuit: quaq; ẽ nõ uſa modeſte
Eripit huic linguam: mercuriumq; uocat.
Duc hanc ad manes: loc⁹ ille ſilentib⁹ aptus:
Nympha: ſed ĩfernæ nympha paludis: erit.
Iuſſa iouis fiunt: accepit lucus euntes:
Dicitur illa duci tũc placuiſſe deo.
Vim parat hic: uultu pro uerbis illa precatur
Et fruſtra muto nititur ore loqui.
Fitq; grauiſ: geminoſq; parit: qui cõpita ſeruãt:
Et uigilant noſtra ſemper in urbe: lares.
Proxima cognati dixere chariſtia chari:
Et uenit ad ſocios turba propinqua deos:
Scilicet a tumulis: & qui periere: propinquis:
Protin⁹ ad uiuos ora referre iuuat.
Poſtq; tot amiſſos quicqd de ſanguine reſtat
Aſpicere: & generis dinumerare gradus.
Innocui ueniant: procul hinc ꝓcul ĩpi⁹ eſto
Frater: & in partus mater acerba ſuos.
Cui pater ẽ uiuax: qui matris digerit ãnoſ:
Quæ premit inuiſam ſocruſ iniqua nurũ.
Tantalidæ fratres abſint: & iaſonis uxor
Et quæ ruricolis ſemina toſta dedit:
Et ſorõ: & progne: tere⁹q; duabus iniquus:
Et quicũq; ſuas per ſcelus auget opes.

Diis generiſ date thura boni: cōcordia fertur
Illo præcipue mitis adeſſe die.
Et libate dapeſ ut grati pignuſ amoris
Nutriat intinctos miſſa patella cibоſ.
Iam tibi ſuadebit placidoſ nox humida ſomnoſ
Larga precaturi ſumite uina manu.
Et bene noſ: bene tu patriæ pater optīe cæſar
Dicite: ſuffuſo per ſacra uerba mero.
Nox ubi tranſierit ſolito celebrēt honore:
Seperat indicio qui deus arua ſuo.
Termine ſiue lapis: ſiue eſ defoſſuſ in agro
Stipes: ab antiquiſ tu q̊q; numen habes.
Te duo diuerſa domini de parte coronant:
Binaq; ſerta tibi, binaq; dona ferunt.
Ara fit hic: ignem curta fert ruſtica teſta
Sumptum de tepidis ipſa colona focis.
Ligna ſenex minuit conciſaq; conſtruit arte
Et ſolida ramoſ figere tentat humo.
Tūc ſicco primas irritat cortice flamas:
Stat puer & manibus lata caniſtra tenet.
Inde ubi ter fruges medios īmiſit in ignes:
Porrigit inciſoſ filia parua fauos.
Vina tenent alii: libantur ſingula flamis.
Spectant: & linguiſ candida turba fauet
Spargitur & cæſo communis termin9 agno:
Nec queritur: lactans cum ſibi porca datur
Conueniunt celebrantq; dapes uicinia ſupplex:
Et cantant laudes termine ſancte tuas
Tu populos: urbesq;: & regna īgētia: finis:
Omnis erit ſine te litigioſus ager.
Nulla tibi ambitio ē: nullo cōrūpis auro
Legitima ſeruas credita iura fide.
Si tu ſignaſſes olim thriaterida terram:
Corpora nō læto miſſa trecenta forent.
Non foret otriades congeſtis tectus in armis:
O quantū patriæ ſanguinis ille dedit.
Quid noua cum fierent capitolia? nēpe deorū
Cūcta ioui ceſſit turba: locūq; dedit.
Termin9: ut ueteres: memorant: īuēt9 ī æde

Reſtitit:& magno cum ioue templa tenet.
Nūc q̊q3:ſe ſupra n̄equid niſi ſydera cernat:
Exiguum templi tecta foramen habent.
Termine poſt illud leuitas tibi libera non ē:
Qua poſit9 fueris in ſtatione manes.
Nec tu uicino quicq̄ cōcede roganti:
Ne uideare hominē præpoſuiſſe ioui.
Et ſeu uomerib9:ſeu tu pulſabere raſtris
Clamato tu9 ē hic ager.ille ſuus.
Eſt uia quæ populum laurētes ducit ī agros:
Quōdam dardanio regna petita duci.
Illa lanigeri pecoris tibi termine fibris
Sacra uidet fieri ſextus ab urbe lapis.
Gentibus eſt aliis data tellus limite certo:
Romane ſpatium ē urbiſ & orbis idem.
Nunc mihi dicenda ē regis fuga:traxit ab illa
Sextus ab extremo nomina menſe dies.
Vltima tāquini9 romanæ gentis habebat
Regna :uir iniuſtus:fortis ad arma tamen.
Cæperat hic alias:aliaſ euerterat urbes:
Et gabioſ turpi fecerat arte ſuos:
Nāq3 trium minim9 proles manifeſta ſuperbi
In medioſ hoſtes nocte ſilente uenit.
Nudarunt gladioſ.occidite dixit inermem
Hoc cupiunt fratres:tarquini9q3 pater:
Qui mea crudeli lacerauit uerbere terga:
Dicere ut hoc poſſ& uerbera paſſus erat.
Luna fuit:ſpectāt iuuenē gladiosq3 recondūt:
Tergaq3 deducta ueſte notata uident.
Flent q̊q3 :& ut ſecū tueaī bella precantur:
Callidus ignaris annuit ille uiris.
Iāq3 potens:miſſo genitorem appellat amico:
Perdendi gabioſ quod ſibi monſtret iter.
Hort9 odoratis ſuberat cultiſſim9 hærbis
Septus humū riuo lene ſonantis aquæ.
Illic tarquini9 mandata latentia nati
Accipit :& uirga lilia ſumma metit.
Nunci9 ut rediit decuſſaq3 lilia dixit:
Filiuſ agnoſco iuſſa parentis ait.

Nec mora principibus cæſis ex urbe gabina:
Traduntur ducibus moenia nuda ſuis.
Ecce nefas uiſu mediis altaribus anguis
Exit :& extinctis ignibus exta rapit.
Conſulitur phoebus:ſors eſt ita reddita matri
Qui dederit primꝰ oſcula :uictor erit.
Oſcula quiſq; ſuae matri propata tulerũt:
Non intellecto credula turba deo.
Brutꝰ erat ſtulti ſapiens imitator:ut eſſet
Tutuſ ab inſidiis dire ſuperbe tuis.
Ille iacens pronꝰ matri dedit oſcula terrae:
Creditur offenſo procubuiſſe pede.
Cingitur interea romanis ardea ſignis:
Et patitur longas obſidione moras.
Dũ uacat & metuunt hoſtes cõmittere pugnã:
Luditur in caſtris:ocia miles agit.
Tarquiniꝰ iuuenis ſocios dapibꝰq; meroq;
Accipit :ex illiſ rege creatus:ait.
Dũ nos ſollicitoſ pigro tenet ardea bello
Nec ſinit ad patrios arma referre deos.
Ecquid in officio torus eſt ſocialis ?& ecqd
Coniugibus noſtris mutua cura ſumus?
Quiſq; ſuam laudat:ſtudiis certamina creſcunt:
Et feruet multo linguaq; corq; mero.
Surgit cui dederat clarũ collatia nomen:
Non opuſ eſt uerbis:credite rebꝰ ait.
Nox ſupereſt:tollamur equiſ:urbẽq; petamꝰ
Dicta placent:frenis impediũtur equi.
Pertulerant dominos.regalia protinus illi
Tecta petunt.cuſtos in fore nullus erat.
Ecce nurum regiſ fuſis per colla coronnis
Inueniunt poſito peruigilare mero.
Inde cito paſſu petitur lucretia :cuius
Ante torum calathi lanaq; mollis erat.
Lumen ad exiguũ famulae data penſa trahebãt:
Inter quaſ tenui ſic ait illa ſono.
Mittenda eſt domino nũc nũc ꝓpate puellae
Quã primũ noſtra facta lacerna manu.
Quid tamen audiſtis nã plura audire poteſtis

Q uantum de bello dicitur eſſe ſuper?
Poſtmodo uicta cades: melioribꝰ ardea reſtas
Imbroba: quæ noſtros cogiſ abeſſe uiros.
Sint tantum reduces: ſed enim temerarius illé
Eſt meus: & ſtricto quolibet enſe ruit.
Menſ abit & morior quotienſ pugnantiſ imago
Me ſubit: & gelidū pectora frigus habet.
Deſinit in lacbrymis incæptaq; fila remiſit:
In gremio uultum depoſuitq; ſuo.
Hoc ipſam decuit. lacbrymæ decuere pudicam:
Et facies animo dignaq; parq; fuit.
Pone metum ueni coniunx ait. illa reuixit
Deq; uiri collo dulce pependit onus.
Interea iuuenis furiales regius igneſ
Concipit: & cæco raptus amore furit.
Forma placet niueꝰq; color flauiq; capilli:
Quiq; aderat nulla factus ab arte decor.
Verba placent: & uox: & quē cōrūpe non ē:
Q uoq; minor ſpeſ ē: boc magiſ ille cupit.
Iam dederat cantꝰ luciſ prænuncius ales:
Quom referūt iuueneſ in ſua caſtra pedes.
Carpitur attonitos abſentis imagine ſenſus
Ille: recordanti plura magisq; placent.
Sic ſedit: ſic culta fuit: ſic ſtamina neuit:
Iniecte collo ſic iacuere comæ.
Hoſ babuit uultus: bæc illi uerba fuerunt:
Hic color: bæc facieſ: bic decor oris erat.
Vt ſolet a magno fluctus langueſcere flatu:
Sed tamen a uento: qui fuit: ūda tumet:
Sic q̄uiſ aberat placitæ præſentia formæ:
Quem dederat præſenſ fōma manebat amō.
Ardet: & iniuſti ſtimulis agitatus amoris
Comparat indigno uimq; metūq; toro.
Exitꝰ in dubio ē: audebimꝰ ultima dixit.
Viderit: audenteſ ſorsq; ueꝰq; iuuat.
Caepimꝰ audendo gabios q̄q;. talia fatus
Enſe latꝰ cinxit: tergaq; preſſit equi.
Accipit aerata iuuenem collatia porta:
Condere iam ultꝰ ſole parante ſuos.

Hoſtiſ ut hoſpes init penetralia collatini
Comiter excipitur:ſanguine iunctus erat.
Quãtũ animis erroris ineſt:parat inſcia rerum
Infoelix epulas hoſtibus illa ſuis.
Fũctuſ erat dapibuſ.poſcũt ſua tẽpoã ſomnũ.
Nox erat .& tota lumina nulla domo.
Surgit: & aurata uagina liberat enſem:
Et uenit in thalamoſ nupta pudica tuos.
Vtq; torum preſſit.ferrũ lucretia mecũ eſt
Natuſ ait regis tarquiniuſq; uocor.
Illa nihil:neq; enim uocẽ uireſq; loquẽdi:
Aut aliquid toto pectore mentis habet.
Sed tremit:ut quondã ſtabuliſ depreſa relictis
Parua ſub infeſto:cũ iacet agna lupo.
Quid faciat?pugnet?uicet foemina pugnãs.
Clamet? at in dextra:qui uetet:enſis erat.
Effugi&? poſitiſ urgentur pectora palmis:
Tũc primũ externa pectora tacta manu.
Inſtat amanſ hoſtis:precio:precib9q; miniſq;.
Nec prece :nec precio:nec mouet ille minis.
Nil agis. eripiam dixit ꝑ crimina uitam:
Falſus adulterii teſtis adulter ero.
Interrimam famulum:cũ q̊ depreſa fereris:
Succubuit famæ uicta puella metu .
Quid uictor gaudes?hæc te uictoria perdet.
Heu quanto regniſ nox ſtetit una tuis.
Iamq; erat orta dies:ſparſis ſedet illa capillis:
Vt ſolet ad nati mater itura rogũ.
Grãdæuũq; patrem fido cũ cõiuge caſtris
Euocat:& poſita uenit uterq; mora .
Vtq; uident habitũ:quæ luct9 cã reqrũt:
Cui paret exequias :q̊ ue ſit icta modo.
Illa diu reticet:pudibũdaq; celat amictu.
Ora :fluũt lachrymæ more perenſ aquæ.
Hic pater: hic coniũx lachrymaſ ſolãt :& orant
Indicet: & cæco flentq; pauentq; metu.
Ter conata loq:ter deſtitit :auſaq; quarto
Non oculos ideo ſuſtulit illa ſuos.
Hoc q̊q; tarquinio debem9.eloquar inquit

Eloquar infoelix dedec9 ipē meum.
Quæq; pōt nārat: reſtabāt ultima: fleuit.
Et matronaleſ erubuere genæ.
Dant ueniam facto: genitor coniunxq;: coactae t.
Quam dixit ueniam uos datis: ipā nego.
Nec mora .coelato fixit ſua pectora ferro:
Et cadit in patrios ſanguinolenta pedes.
Tunc quoq; iam morieſ ne nō ꝓcūbat honeſte:
Reſpicit: hæc etiam cura cadentis erat.
Ecce ſuper corp9: comunia dāna gementes
Obliti decoris uirq; paterq; iacent.
Brut9 adeſt: tandemq; animo ſua noīa fallit
Fixaq; ſemianimi corpore tela rapit.
Stillanteʒ que tenens generoſo ſanguine cultrū:
Edidit impauidos ore minante ſonos.
Per tibi ego hūc iuro fortem caſtūq; cruorem:
Perq; tuos manes: qui mihi numen erunt.
Tarquinium profuga poenas cuʒ ſtirpe daturū:
Iam ſatis eſt uirt9 diſſimulata diu.
Illa iacens ad uerba oculos ſine lumīe mouit:
Viſaq; concuſſa dicta probare coma.
Fertur in exequias animi matrona uiriliſ
Et ſecum lachrymas: inuidiamq; trahit
Vuln9 inane petit: brut9 clamore quirites
Concitat: & regis facta nefanda refert.
Tarquini9 cum prole fugit. capit annua cōſul
Iura: dies regniſ illa ſuprema fuit.
Fallimur ?an ueris prænūtia uenit hirundo:
Et metuit ne qua uerſa recurrat hyemſ.
Sæpe tamen progne nimiū ꝓperaſſe quereris:
Virq; tuo tere9 frigore læt9 erit.
Iamq; duæ reſtant noctes de menſe ſecundo:
Marſq; citos: iunctis currib9: urget equos.
Ex uero poſitum permanſit equiria nomen:
Quæ de9 in campo perſpicit ipē ſuo.
Iure uenis gradiue: locum tua tempōa poſcūt:
Signat9q; tuo nomine menſis adeſt.
Venim9 in portum: libro cū menſe peracto:
Nauig& hinc alia iam mihi linter aqua.

.tt.

BELLICE DEPOſitis cli
peo pauliſper & haſta
Mars ades: & nitidas caſſide
ſolue comas.
Forſitan ipſe roges qd ſit cum mãte poetæ
A te qui canitur: nomĩa menſis hab&.
Ipſe uideſ manib9 peragi fera bella mineruæ:
Non min9 ingenuis artib9 illa uacat.
Palladis exemplo ponendæ tempora ſume
Cuſpidis: inuenies & quid inermis agas.
Tũc quoq; inermis eras: cũ te romana ſacerdoſ
Cœpit: ut huic urbi ſemina magna dares.
Syluia ueſtalis quid enim uetat ĩde moueri
Sacra lauaturas mane petebat aquas.
Ventum erat ad mollẽ decliuo tramite ripam:
Ponitur e ſumma fictilis urna coma.
Feſſa reſedit humo uentoſq; accepit aperto
Pectore: turbataſ reſtituitq; comaſ.
Dũ ſed&: umbroſæ ſalices uolucreſq; canorae
Fecerũt ſomnos: & leue murmur aquæ.
Blanda quies furtim uictis ſurrepſit ocellis.
Et cadit a mento languida facta man9.
Mãſ uid& hãc: uiſamq; cupit: potit̃q; cupita:
Et ſua diuina furta fefellit ope.
Somn9 abit. iac& ipſa grauis. iã ſcilicet intra
Viſcera: romanæ conditor urbis erat.
Lãguida quom ſurgit: neſcit qur lãguida ſurgat:
Et ſpargit tales arbore nixa ſonoſ.
Vtile ſit faſtũq; precor: qđ imagine ſomni
Vidim9: an ſomno clari9 illud erat.
Ignib9 iliacis aderam: quom lapſa capillis
Decidit ante ſacros lanea uitta focos.
Inde duæ pariter uiſu mirabile palmæ
Surgũt: ex illis altera maior erat.
Et grauib9 ramis totum ꝓtexerat orbem:
Contigeratq; ſua ſydera ſumma coma.

Ecce meus ferrũ patruꝰ molitur in illas
Terreor admonitu:corq; timore micat.
Martia picꝰ auis gemino ꝓ ſtipite pugnant
Et lupa tuta per hos utraq; palma fuit.
Dixerat.& plenã nõn firmis uiribꝰ urnam
Suſtulit:implerat dum ſua uiſa refert.
Interea creſcente remo:creſcente quirino
Cœleſti tumidꝰ pondere uenter erat.
Quo minꝰ emeritis exiret curſibꝰ annꝰ:
Reſtabant nitido iam duo ſigna deo.
Syluia fit mater.ueſtæ ſimulacra feruntur
Virgineas oculis oppoſuiſſe manꝰ.
Ara deæ certe tremuit:pariente miniſtra:
Et ſubiit cineres territa flamma ſuos.
Hoc ubi cognouit comptẽtor amuliꝰ æqui
Nam raptaſ fratri uictor habebat opes
Amne iub& mergi geminos:ſceluſ ũda refugit
In ſicca pueri deſtituntur humo.
Lacte quis infanteſ neſcit creuiſſe ferino:
Et picum expoſitis ſæpe tuliſſe cibos?
Non ego te tantae nutrix laurentia gentis:
Nec taceam ueſtras fauſtule pauper opes.
Veſter honor ueniet:quom laurentalia dicam:
Acceptꝰ geniis illa december habet.
Martia ter ſenos proles adoleuerat annos:
Et ſuberat flauae iam noua barba comae.
Omnibꝰ agricolis:armentoꝝq; miniſtris.
Iliadae fratres iura petita dabant.
Saepe domũ ueniũt praedonum ſanguine laetis
Et redigunt actoſ in ſua rura boues.
Vt genꝰ audierat:animoſ pater editꝰ aug&:
Et pud& in paruis nomen habere caſis.
Romuleoq; cadit traiectꝰ amuliꝰ enſe:
Regnaq; longaeuo reſtituuntur auo.
Mœnia cõduntur:quae q̃uis parua fuerunt:
Non tamen expediit trãſiliiſſe remo.
Iam mõ: quae fuerant ſyluae pecoꝝq; receſſus:
Vrbſ erat:aeternae quom pater urbis ait:
Arbiter armorum de cuiꝰ ſanguine credor tt.2.

Natꝰ: & ut credar pignora multa dabo.
A te principium romano dicimꝰ anno:
Primꝰ de patrio nomine menſis erit.
Vox rata fit: patrioq; uocat de nomĩe menſem:
Dicit̃ hæc pietas grata fuiſſe deo.
Et tamen ante omẽs m̃atem coluere priores:
Hoc dederat ſtudiis bellica turba ſuiſ.
Pallada cecropidæ: minoia creta dianam:
Vulcanũ tellus hypſiphilea colit
Iunonem ſp̃atæ: pelopeiadesq; micenæ:
Pinigerũ fauni menalis ora caput:
Mars latio uenerandus erat. q̃a præſid& armis
Arma feræ genti: remq; decꝰq; dabant.
Quod ſi forte uacaſ: peregrinoſ ĩſpice faſtos:
Menſis in his etiam nomine martis erit.
Tertiꝰ albanis: quintꝰ fuit ille faliſcis:
Sextꝰ apud populos hernica terra tuoſ:
Inter aricinos albanaq; tempora conſtat
Factaq; telegoni moenia celſa manu.
Quintũ laurenteſ: biſ quintũ equiculꝰ acer:
A tribꝰ hũc primũ turba forenſis hab&.
Et tibi cum ꝓauis mileſ pelignæ ſabinis
Conuenit: hic genti quartꝰ utriq; deꝰ.
Romulus hoſ omnes ut uinceret ordine ſaltem:
Sanguiniſ auctori tempora prima dedit.
Nec totidē ueteres: quot nũc habuere calẽdas.
Ille minor geminiſ menſibꝰ annꝰ erat.
Nondum tradiderat uictaſ uictoribꝰ artes
Græcia: facũdum ſed male forte genꝰ.
Qui bene pugnabat: romanam nouerat ãtem:
Mittere qui poterat pila: diſertꝰ erat.
Quiſ tũc aut hyades. aut pleiadas atlanteas
Senſerat? aut geminos eſſe ſub axe polos?
Eſſe duas arctoſ: quarũ cynoſura petatur
Sidoniis: helicen graia carina not&?
Signaq;: quæ longo frater percenſeat anno:
Ire per hæc uno menſe ſororis equos?
Libera currebant nec obſeruata per annum
Sydera: conſtabat ſed tamen eſſe deos.

Non illi cœlo labentia ſigna tenebant:
Sed ſua :quæ magnũ perdere crimen erat.
Illa quidem foeno: ſed erat reuerentia foeno:
Quantam nũc aqlas cernis habere tuas.
Pertica ſuſpenſos põtabat longa maniplos:
Inde maniplariſ nomina miles habet.
Ergo animi ĩdociles.& adhuc ratione carentes
Menſib9 egerũt luſtra minora decem.
Ann9 erat: decimũ quom luna receperat orbẽ:
Hic numer9 magno tũc in honore fuit.
Seu quia tot digiti: ꝑ quos numerare ſolem9:
Seu quia biſ quino foemina menſe parit.
Seu qđ aduſq; decem numero creſcente uenit:
Principiũ ſpatiiſ ſumitur inde nouis.
Inde patres centum denos ſecreuit in orbes
Romulus :haſtatos inſtituitq; decem.
Et totidem princeps: totidem pilan9 habebat
Corpora .legitimo quiq; merebat equo.
Quin etiam pãtes totidem tatienſib9 ille
Quoſq; uocant ramnes lucerib9q; dedit.
Aſſuetoſ igitur numeroſ ſeruauit in anno.
Hoc luget ſpatio foemina moeſta uirũ.
Neu dubiteſ primæ fuerint quin ante calendæ
Martis :ad hæc animũ ſigna referre potes.
Laurea flaminib9 quæ toto perſtitit anno.
Tollitur :& frondeſ ſunt in honore nouæ
Ianua tunc regis poſita uiret arbore phoebi
Ante tuas itidem curia priſca fores.
Veſta quoq; ut folio niteat uelata recenti:
Cedit ab iliaciſ laurea cana focis.
Adde ꝙ arcana fieri nou9 ignis in æde
Dicĩt: & uireſ flãma refecta capit.
Nec mihi parua fides hĩc ãnos eſſe priores
Anna ꝙ hoc coepta ẽ mẽſe repente coli.
Hĩc etiã ueteres initi memorantur honores
Ad ſpatium belli perfide pene tui.
Deniq; quint9 ab hoc fuerat quintilis: & inde
Incipit :a numero nomina quiſquiſ habet.
Prim9 oliuiferis romam deduct9 ab aruis

Pompiliꝰ menſes ſenſit abeſſe duos.
Siue erat a ſamio doctꝰ: qui poſſe renaſci
Nos putat: egeria ſiue monente ſua.
Sed tamē errabant etiam tūc tempora: donec
Cæſaris in magniſ hæc quoqꝫ cura fuit.
Non hæc ille deꝰ tantæqꝫ propaginiſ auctor
Credidit officiis eſſe minora ſuis.
Promiſſumqꝫ ſibi uoluit prænoſcere cœlum:
Nec deꝰ ignotas hoſpes inire domos.
Ille moras ſoliſ: quibꝰ in ſua ſigna rediret:
Traditur exactis diſpoſuiſſe notis.
Is decieſ ſenos tercētū & quīqꝫ diebus
Iunxit: & e pleno tempora quarta die.
Hic āni modus eſt: in luſtrū accedere debet:
Quæ conſumatur partibuſ: una dies
Si licet occultos monitꝰ audire deorum
Vatibꝰ: ut certe fama licere putat:
Cuꝫ ſis officiis gradiue uirilibꝰ aptꝰ:
Dic mihi matronæ cur tua feſta colant.
Sic ego. ſic poſita dixit mihi caſſide mauors:
Sed tamen in dextra miſſilis haſta fuit.
Nūc primū ſtudiis paciſ deꝰ utilis armis
Aduocor: & greſſus in noua caſtra fero.
Nec piget īcoepti: iuuat hac quoqꝫ pāte morāi:
Hoc ſolam ne ſe poſſe minerua putet.
Diſce latinorū uates operoſe dierū
Quod petis: & memori pectore dicta nota.
Parua fuit ſi prima uelis elementa referre
Roma: ſed in parua ſpes tamen huiꝰ erat.
Moenia iam ſtabant populiſ anguſta futuris:
Credita ſed turbæ tūc nimis ampla ſuæ.
Quæ fuerit noſtri: ſi quæris: regia nati:
Aſpice de canna ſtraminibꝰqꝫ domum.
In ſtipula placidi capiebat munera ſomni:
Et tamen ex illo uenit in aſtra toro.
Iamqꝫ loco maiꝰ nomen romanus habebat:
Nec coniūx illi: nec ſocer ullus erat.
Spernebat generos inopes uicinia diues:
Et male credebar ſanguinis auctor ego.

In ſtabulis habitaſſe:& oues pauiſſe nocebat:
Iugeraq; inculti pauca tenere ſoli.
Cũ pare quæq; ſuo coeũt uolucresq; feræq;:
Atq; aliquam de qua ꝓcreet anguis habet.
Extremiſ dantur conubia gentib9:at quæ
Romano uellet nubere nulla fuit.
Indolui:patriamq; dedi tibi romule mentem
Tolle preces dixi:quod petis arma dabũt.
Feſta para conſo:conſus tibi coetera dicet:
Ipo feſta die dũ ſua ſacra canes.
Intumuere cures:& quos dolor attigit idem:
Tunc primũ generis intulit arma ſocer.
Iãq; feræ raptæ matrũ quoq; nomen habebant:
Tractaq; erant longa bella propinqua mora.
Conueniũt nuptæ dictam iunonis in ædem:
Quas inter mea ſic ẽ nur9 auſa loqui.
O pariter raptæ quoniam hoc comũe tenemus
Non ultra lentæ poſſumus eſſe piæ.
Stant acies:ſed utra dii ſunt ꝓ parte rogãdi
Eligite.hinc coniũx:hic pater:arma tenet.
Quærendũ eſt:uiduæ fieri malitis:an orbæ.
Conſilium uobis fõte:piumq; dabo.
Conſilium dederat:parent crinesq; reſoluunt:
Moeſtaq; funerea corpora ueſte tegũt.
Iam ſteterant acies ferro mortiq; paratæ:
Iam lituus pugnae ſigna daturus erat.
Quom raptae ueniunt inter patresq; uiroſq;:
Inq; ſinu natos pignora cara tenent.
Vt medium cãpi ſciſſis tetigere capillis:
In terrã poſito procubuere genu.
Et quaſi ſentirent:blando clamore nepotes
Tendebant ad auos brachia parua ſuoſ.
Qui poterat:clamabat auũ tũc deniq; uiſum.
Et qui uix poterat:poſſe coactus erat.
Tela uiris:animiq; cadũt:gladiiſq; remotis
Dant ſoceri generis:accipiuntq; man9.
Laudatasq; tenent natas:ſcutoq; nepotem
Fert auus: hic ſcuti dulcior uſus erat.
Inde diem:primasq; meas celebrare calendas

Ebaliæ matres non leue nomen habent:
Aut quia committi ſtrictiſ mucronib9 auſæ
Finierant lacbrymiſ martia bella ſuis.
Vel ꝙ erat de me foeliciter ilia mater:
Rite colūt matres ſacra diemq; meum.
Quid? ꝙ hyēs adoperta gelu: tūc deniq; cedit:
Et pereūt lapſæ ſole tepente niues.
Arborib9 redeūt detōſæ frigore frondes:
Viuidaq; in tenero palmite gemma tumet.
Quæq; diu latuit: nūc qua ſe tollit in auras
Fertilis occultaſ inuenit hærba uias.
Nūc fecūdus ager: pecoris nūc hora creandi:
Nūc auiſ in ramo tecta laremq; parat.
Tempora iure colūt latiæ fœcūda parentes:
Quarū militiam uotaq; part9 habet.
Adde ꝙ: excubias ubi rex roman9 agebat
Qui nūc exquiliaſ nomina collis hab&
Illic a nurib9 iunoni templa latinis
Hac ſunt ſi memini publica facta die
Quid moror? & uariis onero tua pectōa cauſiſ:
Eminet ante oculoſ quod petis ecce tuoſ.
Mater amat nuptaſ: matrū me turba frequētat:
Hæc nos præcipue tam pia cauſa decet.
Ferte deæ flores: gaudet florentib9 hærbis.
Hæc dea. de tenero cingite flore caput.
Dicite: tu nobiſ lucem lucina dediſti:
Dicite tu uoto parturientis adeſ.
Si qua tñ grauida eſt: reſoluto crine precetur:
Vt ſoluat part9 molliter īpa ſuos.
Quiſ mihi nūc dicet quare cœleſtia martis
Arma ferant ſalii: mamuriūq; canant.
Nympha mone nemori ſtagnoq; adopta dianæ:
Nympha numæ coniunx ad tua feſta ueni.
Vallis aricinæ ſylua præcint9 opaca.
Eſt loc9 antiqua religione ſacer.
Hic latet hippolytus loriſ dirreptus equorum:
Vnde nem9 nullis illud aditur equis.
Litia dependēt lōgas uelantia ſepes:
Et poſita ē meritæ multa tabella deæ

Sæpe potens uōti frontem redimita coronis
Foemina lucentes portat ab urbe faces.
Regna tenent fortes manibꝰ: pedibꝰq; fugaces
Et perit exemplo poſtmodo qſq; ſuo.
Defluit incerto lapidoſus murmure riuus:
Sæpe ſed exiguis hauſtibuſ inde bibit.
Egeria ē. quae præbet aquas dea grata camoeniſ:
Illa numæ coniūx conſiliumq; fuit.
Principio nimium ꝓmptos ad bella quiriteſ
Molliri placuit iure deumq; metu.
Inde datæ leges: ne fortior omnia poſſet:
Coeptaq; ſunt pure tradita ſacra coli.
Exuitur feritas, armiſq; potentiꝰ æquum eſt:
Et cum ciue pudet conſeruiſſe manus.
Atq; aliquis modo trux uiſa iam uertit aras:
Vinaq; dat tepidis farraq; ſalſa focis.
Ecce deū genitor rutilaſ ꝑ nubila flāmas
Spargit: & effuſis aethera ſiccat aquiſ.
Non alias miſſi cecidere frequētiꝰ ignes.
Rex pauet: & uulgi pectora terror habet.
Cui dea: ne nimium terrere: piabile fulmen
Eſt ait: & ſaeui flectitur ira iouis.
Sed poterūt ritū: picꝰ faunꝰq; piandi
Tradere: romani numen utrūq; ſoli.
Nec ſine ui tradent: adhibe tu uincula captis
Atq; ita qua poſſunt edidit arte capi.
Lucꝰ auentino ſuberat niger ilicis umbra:
Quo poſſis uiſo dicere numen ineſt.
In medio gramen: muſcoq; adoperta uirenti
Manabat ſaxo uena perennis aquae.
Inde fere ſoli faunuſ picuſq; bibebant
Huc uenit: & fonti rex numa mactat ouem.
Plenaq; odorati diſponit pocula bacchi:
Cumq; ſuis antro conditus ip̄e latet.
Ad ſolitum ueniūt ſylueſtria numina fontem:
Et releuant multo corpora ſicca mero.
Vina quies ſequitur: gelido numa ꝓdit ab ātro
Vinclaq; ſopitaſ addit in arcta manꝰ.
Somnꝰ ut abſceſſit: pugnādo uincula tentant ee.5.

Rūpere: pugnantes fortiꝰ illa tenent.
Tūc numa: dii nemorū factis ignoſcite noſtris:
Si ſcelus ingenio ſcitiſ abeſſe meo:
Quoq; modo poſſit fulmen monſtrate piari.
Sic numa: ſic quatiens cornua faunꝰ ait.
Magna petis: nec quæ monitu tibi dicere nrō
Fas ſit: habent fines numina noſtra ſuos.
Dii ſumꝰ agreſtes: & qui dominamur in altis
Montibꝰ: arbitrium eſt in ſua tecta ioui:
Hūc tu non poteris per te deducere coelo.
At poteris noſtra forſitan uſus ope.
Dixerat haec faunꝰ: par eſt ſententia pici.
Deme tamen nobis uincula picꝰ ait.
Iuppiter huc ueniet ſumma pductꝰ ab arce:
Nubila promiſſi ſtyx mihi teſtis erit.
Emiſſi laqueis qd agant: quæ carmina dicant:
Quaq; trahant ſuperis ſedibꝰ arte iouem:
Scire nefas homini ē. nobis conceſſa canentur
Quæq; pio dici uatis ab ore licet.
Elliciūt coelo te iuppiter: unde minores
Nunc quoq; te celebrant: ellicium q; uocant.
Conſtat auētinæ tremuiſſe cacumina ſyluæ:
Terraq; ſubſedit pondere preſſa iouis.
Corda micant regiſ: totoq; e corpore ſanguis
Fugit: & hirſutæ dirriguere comæ.
Vt rediitq; animꝰ: da certa piamina dixit
Fulminis: altorū rexq; paterq; deum:
Si tua contigimꝰ manibꝰ donaria puris:
Hoc quoq; qđ petitur: ſi pia lingua rogat.
Annuit oranti: uerūq; ambage remota
Abdidit: & dubio terruit ore uirū.
Cæde caput dixit: cui rex parebimꝰ inquit.
Cædenda eſt ortis eruta cæpa meis.
Addidit hic: hominis. ſumes ait ille capillos.
Poſtulat hic animam. cui numa piſcis ait.
Riſit. & hic inquit facito mea tela procures
O uir colloquio non abigende deum.
Sȝ tibi protulerit: cū totū craſtinꝰ orbem
Cynthiꝰ: imperii pignora certa dabo.

Dixit,& ingenti tonitru ſuper æthera notum
Fertur:adorantem deſtituitq; numam.
Ille redit lætus:memoratq; quiritib9 acta.
Tarda uenit dictis difficiliſq; fides.
At certe credem9 ait:ſi uerba ſequetur
Exit9:en audi craſtina quisquis ades:
Protulerit totū cum terris cynthius orbem.
Iuppiter imperii pignora certa dabit.
Diſcedūt dubii:promiſſaq; tarda uidentur
Dependetq; fides adueniente die.
Mollis erat tellus rorataq; mane pruina:
Ante ſui populus limina regis adeſt.
Prodit & in ſolio medi9 conſedit acerno:
Innumeri circaſtantq; ſilentq; uiri.
Ort9 erat ſummo tātū modo margine phoeb9:
Sollicitæ mētes ſpeq; metuq; pauent.
Conſtitit:atq; caput niueo uelat9 amictu
Iam bene diis notas ſubſtulit ille man9.
Atq; ita,tēp9 adeſt promiſſi muneris inquit.
Pollicitam dictis iuppiter adde fidem.
Dum loquitur:totū iam ſol emouerat orbem:
Et grauis ætherio uenit ab axe fragor.
Ter tonuit ſine nube deus,tria fulmina miſit.
Credite dicenti:mira ſed acta loquar.
A media coelū regione debiſcere coepit.
Sūmiſere oculos cum duce turba ſuo.
Ecce leui ſcutum uerſatū leuiter aura
Decidit:a populo clamor ad aſtra uenit.
Tollit mun9 humo:cæſa prius ille iuuenca:
Quæ dederat nulli colla p̄menda iugo.
Atq; ancyle uocat:quod ab ōni parte reciſu; ē:
Queq; notes oculis:angulus omnis abeſt.
Tūc memor imperii ſortem cōſiſtere in illo
Conſilium multæ calliditatis init.
Plura iubet fieri ſimili cælata figura:
Error ut ante oculos inſidiantis eat.
Mamuri9:morum fabræ ne exactior artis
Difficile eſt ulli dicere:clauſit op9.
Cui numa munific9 facti pete præmia dixit.

Si mea nota fideſ: irrita nulla petes.
Iam dederat ſaliiſ a ſaltu nomina dicta
Armaqȝ: & ad certoſ uerba canenda modos.
Quom ſic mamuri9. merceſ mihi gloria detur:
Nominaqȝ extremo carmine noſtra ſonent.
Inde ſacerdotes operi promiſſa uetuſto
Praemia perſoluunt: mamuriūqȝ uocant.
Nubere ſiqua uoles: q̄uis properabitis ambo
Differ: habent paruae cōmoda magna morae.
Arma mouent pugnam: pugna ē aliena mãitis
Condita quom fuerint aptius omen erit.
Hiſ etiam coniūx capitis diſiūcta dialis
Lucib9: impexas debet habere comaſ.
Tertia nox demiſſa ſuoſ ubi mouerit ortus:
Condit9 e geminis piſcibus alter erit.
Nam duo ſunt: auſtris hic eſt: aquilonibus ille
Proxim9. a uentis nomen uterqȝ tenet.
Quom croceis rorare cōmiſ tithonia coniūx
Coeperit: & quintae tempora lucis aget.
Siue eſt ãctophilax ſiue eſt piger ille boetes
Mergetur: uiſus effugietqȝ tuos.
At non effugiet uindemitor. hoc quoqȝ cãm
Vnde trahat ſydus parua docere mora eſt.
Ampelon intonſum ſatyro nymphaqȝ creatū
Fertur in hiſmariis bacchus amaſſe iugis.
Tradidit huic uitem pēdētē e frondibuſ ulmi:
Quae nūc de pueri nomine nomē habet.
Dū legit in ramo pictas temerarius uuas.
Decidit: amiſſuȝ liber in aſtra tulit.
Sextus ubi e terra cliuoſum ſcandet olympū
Phoeb9: et alatiſ aetera carpet equis:
Quiſqs ades caſtaeqȝ colis penetralia ueſtae
Gratare: iliacis thuraqȝ pone focis.
Caeſaris innumeris: quos maluit ipē mereri:
Acceſſit titulis pontificalis honor.
Ignib9 aeternis aeterni numina praeſunt
Caeſaris: imperii pignora iuncta uidet.
Dii ueteris troiae digniſſima praeda ferēti
Qua grauis aeneas tutus ab hoſte fuit.

Ort9 ab ænea tangit cognata ſacerdos
Numina: cognatum ueſta tuere caput.
Quoſ ſancta fouet ille manu: bñ uiuitis ignes
Viuite inextincti: flamaq; duxq; precor.
Vna nota ē marti nonis ſacrata ꝙ illis
Templa putant lucoſue iouis ante tuos.
Romulus ut ſaxo lucum circũdedit alto:
Quilibet huc dixit confuge: tutus eriſ.
O q̃ de tenui roman9 origine creuit:
Turba uet9 q̃ non inuidioſa fuit.
Nec tamen ignaro nouitas tibi nominis obſtet.
Diſce: quis iſte deus: curq; uocetur ita.
Iuppiter ē iuuenis iuueniles aſpice uult9:
Aſpice deinde manus: fulmina nulla tenent.
Fulmina poſt auſos cœlũ affectare gigantes
Sumpta ioui: primo tempore inermis erat.
Ignib9 oſſa nouis. & pelion altior oſſa
Arſit: & in ſolida fixus olymp9 humo.
Stat quoq; capra ſimul nymphæ pauiſſe ferũt
Cretides: infanti lac dedit illa ioui.
Nunc uocor ad nomen: ue grãdia farra coloni
Quæ male creuerũt: ueſcaq; parua uocant.
Vis ea ſi uerbi eſt: cur non ego ue iouis ædem
Aedem non magni ſuſpicer eſſe iouis?
Iamq; ubi ceruleũ uariabũt ſydera cœlum
Suſpice: gorgonei colla uidebis equi.
Creditur hic cæſæ grauida ceruice meduſæ
Sanguine reſperſis ꝓſiluiſſe comis.
Huic ſupra nubeſ: & ſubter ſydera lapſo
Coelũ pro terra: ꝓ pede penna fuit.
Iamq; indignanti noua frena receperat ore?
Quom leuis aoniaſ ungula fodit aquas.
Nunc fruit̃ coelo: quod pennis ãte petebat:
Et nitidus ſtellis quinq; decemq; micat:
Protin9 aſpicies uenienti nocte coronam
Gnoſida: theſeo crimine facta dea eſt.
Iam bene periuro mutarat coniuge bacchum:
Quæ dedit ingrato fila regenda uiro.
Sorte tori gaudenſ: quid flebam ruſtica dixit?

Vtiliter nobis perfidus ille fuit.
Interea liber depexos crinib9 indoſ
Vicit: & eoo diues ab orbe redit.
Inter captiuaſ facie præſtāte puellas
Grata nimis baccho filia regis erat.
Flæbat amās cōiūx: ſpaciataq; littore curuo
Edidit incultiſ talia uerba comis.
En iterū fluct9 ſimileſ audite querelas.
En iterū lachrymas accipe arena meas.
Dicebam memini periure & perfide theſeu.
Ille abiit. eadem crimīa bacch9 habet.
Nūc quoq; nulla uiro clamabo foemina credat:
Nomine mutato cā relata mea eſt.
O utinam mea ſors quo primū coeperat: iſſet
Iam quoq; præſenti tempore nulla forem.
Quid me in deſertis moriturā liber arenis
Seruabas? potui dedoluiſſe ſemel.
Bacche leuis leuiorq; tuis quæ tēpora cingunt
Frōdib9: in lachrymaſ cognite bacche meas.
Auſus es ante oculoſ adducta pelice noſtros
Tam bene compoſitum ſollicitare torum.
Heus ubi pacta fides? ubi quæ iurare ſolebas?
Me miſeram quotiēſ hæc ego uerba loquor.
Theſea culpabas: fallacemq; ip̄e uocabaſ.
Iudicio peccas turpi9 ip̄e tuo.
Neſciat hoc quiſq̄: tacitiſq; dolorib9 urar:
Ne totienſ falli digna fuiſſe puter.
Præcipue cupiam coelari theſea: nec te
Conſortem culpæ gaudeat eſſe ſuæ.
At puto: præpoſita ē fuſcæ mihi cādida pelex.
Eueniat noſtris hoſtib9 ille color.
Quid tamē hoc refert? uitio tibi gratiō ip̄o ē.
Quid facis? amplexus inquinat illa tuos.
Bacche fidem preſta: nec præfer amorib9 ullam
Coniugis: aſſueui ſemper amare uirum.
Coeperunt matrem formoſi cornua tauri:
Me tua: ſed lædit ille pudendus amor.
Ne noceat ꝙ amo nec enī tibi bacche nocebat.
Quod flamas nobis faſſus es ip̄e tuas.

Nec q̄d nos uris: mirū faciſ ort⁹ in igne
Diceriſ: & patria rapt⁹ ab igne manu.
Illa ego ſum: cui tu ſolit⁹ promittere cœlū:
Hei mihi de coelo qualia dona fero.
Dixerat. audierat iādudū uerba querentis
Liber: ut a tergo forte ſecut⁹ erat.
Occupat amplexu lachrymaſq; ꝑ oſcula ſiccat:
Et pariter coeli ſumma petam⁹ ait.
Tu mihi iūcta toro mihi iūcta uocabula ſumes.
Nam tibi mutatæ libera nomē erit.
Sintq; tuæ tecū faciam monumenta coronæ:
Vulcan⁹ ueneri quā dedit: illa tibi.
Dicta facit. gēmaſq; nouē trāſfōmat in ignes:
Aurea per ſtellas nūc micat illa nouem.
Sex ubi ſuſtulerit: totidē q̄q; deſeret orbeſ:
Purpureum rapido qui uehit axe diem:
Altera gramineo ſpectabis equiria campo.
Quē thyberis curuis in lat⁹ urget aquis.
Qui tñ eiecta ſi forte tenebitur unda:
Celi⁹ accipiet puluerulent⁹ equos.
Idib⁹ eſt annæ feſtū geniale perennæ:
Non procul a ripiſ aduena thybri tuis
Plæbs uenit: ac uiridel paſſi; diſiecta ꝑ hærbas
Potat: & accūbit cū pare quiſq; ſua.
Sub ioue pars durat: pauci tentoria ponūt:
Sunt quib⁹ e ramis frondea facta caſa eſt.
Pars ibi ꝓ rigidis calamoſ poſuere colūnis:
Deſuper extentas impoſuere togaſ.
Sole tamē uinoq; calēt: ānoſq; precantur.
Quot ſumāt cyathos: ad numerūq; bibunt.
Inueniſ illic: qui neſtoris ebibat annos:
Quæ ſit per calices facta ſibylla ſuos.
Illic & cantant q̄cquid didicere theatris:
Et iactāt faciles ad ſua uerba man⁹.
Et ducūt poſito duras cratere choreas:
Cultaq; diffuſis ſaltat amica comis.
Quom redeūt titubant: & ſunt ſpectacula uulgi:
Et fortunatos obuia turba uocat.
Occurrit. nuper uiſa ē mihi digna relatu

Pompa ſenem potū pota trahebat anuſ.
Quæ tñ hæc dea ſit: quoniā rumoribꝰ errat:
Fabula propoſito nulla tegenda meo.
Arſerat æneæ dido miſerabilis igne:
Arſerat extructiſ in ſua fata rogis.
Compoſitꝰq; igniſ: tumuliq; ī marmore cāmen
Hoc breue: qd' moriens ip̄a reliquit: erat.
Præbuit æneas: & cām mortis: & enſem.
Ip̄a ſua dido concidit uſa manu.
Protinꝰ inuadūt numidæ ſine uindice regnū:
Et potiē capta maurꝰ hiarba domo.
Seq; memor ſpretuz: thalamiſ tamē īqt eliſæ:
En ego quē totiens reppulit illa: fruor.
Diffugiūt tyrii q̊ queq; agit error: ut olim
Ammiſſo dubiæ rege uagantur apeſ.
Tertia nudatas acceperat area meſſes:
Inq; cauos ierant tertia muſta lacuſ.
Pellit̄ anna domo lacbrymāſq; ſororia līquit
Moenia: germanæ iuſta dat ante ſuæ.
Miſta bibūt molles lacbrymiſ unguenta fauilæ:
Vertice libatas accipiūtq; comaſ.
Terq; uale dixit: cinereſ ter ad ora relatos
Preſſit: & eſt illis uiſa ſubeſſe ſoror.
Nacta ratem comitēq; fugæ pede labitur æq̄
Moenia reſpiciens: dulce ſororis opuſ.
Fertiliſ ē melite ſterili uicina cocyræ
Inſula: quam libyci uerberat unda freti:
Hanc petit hoſpicio regis confiſa uetuſto
Hoſpes opum diues rex ibi battꝰ erat.
Qui poſtq̄ didicit caſus utriuſq; ſororis:
Hæc inquit tellus quātulacūq; tua eſt.
Et tamē hoſpicii ſeruaſſet ad ultima munus:
Sed timuit magnas pigmalionis opeſ.
Signa recenſebat bis ſol ſua: tertiuſ ibat
Annus: & exilio terra paranda noua eſt.
Frater adeſt: belloq; petit. rex arma peroſuſ
Nos ſumꝰ imbelleſ: tu fuge ſoſpes ait.
Iuſſa fugit: uentoq; ratem cōmittit: & undis:
Aſperior quo uis æquōe frater erat.

Eſt prope piſcoſos lapidoſi crathidiſ amnes
Paru⁹ ager: cameren incola turba uocat.
Illuc curſuſ erat. nec lõgi⁹ abfuit inde:
Quam quantũ nouies mittere funda põt.
Vela cadunt primo: & dubia librantur ab aura.
Findite remigio nauita dixit aquas.
Dũq; parãt torto ſubducere carbaſa lino:
Percutitur rapido puppis adũca noto.
Inq; patens æquor fruſtra pugnãte magiſtro
Fertur: & ex oculis uiſa refugit hum⁹.
Aſſiliunt fluct⁹: imoq; a gurgite pont⁹
Vertitur: & canas alueus haurit aquas.
Vincit̃ ars uento: nec iam moderator habenis.
Vtit̃. at uotis is quoq; poſcit opem.
Iactat̃ tumidas exul phœniſſa per undas:
Humidaq; oppoſita lumina ueſte tegit.
Tũc primũ dido fœlix ẽ dicta ſorori:
Et quicũq; aliquam corpore preſſit humum.
Ducit̃ ad laurenſ ingenti flamine litt⁹
Puppis: & expoſitis oĩb⁹: hauſta perit.
Iam pi⁹ æneas regno nataq; latini
Auct⁹ erat: populoſ miſcueratq; duos.
Littore dotali ſolo comitat⁹ achate:
Secretum nudo dũ pede carpit iter:
Aſpicit errantem: nec credere ſuſtin&: annam
Eſſe. quid in latios ip̃a ueniret agroſ?
Dum ſecum æneas: ãna ẽ exclamat achates:
Ad nomen uult⁹ ſuſtulit illa ſuos.
Heu fugiat? qd agat? quoſ terræ quærat hiatus?
Ante oculos miſeræ fata ſororis erant.
Senſit: & alloqtur trepidam cytherei⁹ heroſ:
Flæt tamen admonitu mortis eliſa tuæ.
Anna per hãc iuro: quã quondã audire ſolebas
Tellurem fato ꝓſperiore dari:
Perq; deos comites hac nuper ſede locatos:
Sæpe meas illoſ increpuiſſe moras.
Nec timui de morte tamen: met⁹ abfuit iſte.
Hei mihi credibili fortior illa fuit.
Ne refer. aſpexi non illo corpore digna

Vulnera.tartareaſ auſuſ adire domos.
At tu ſeu ratio te noſtriſ appulit oris:
Siue deꝰ:regni commoda carpe mei.
Multa tibi memores:nil non debemꝰ eliſae
Nomine grata tuo:grata ſororis eris.
Talia dicenti nec enim ſpeſ altera reſtat
Credidit erroreſ expoſuitq; ſuos.
Vtq; domum intrauit tyrioſ induta paratꝰ
Incipit aeneas:caetera turba ſil&.
Hāc tibi cur tradam pia cauſa lauinia coniunx
Eſt mihi:conſumpſi naufragꝰ huiꝰ opes.
Orta tyro eſt:regnuȝ lybica poſſedit in ora:
Quam precor ut carae more ſororis ames.
Omnia promittit falſumq; lauinia uulnꝰ
Mente premit tacita:diſſimulatq; metꝰ.
Donaq; quom uideat praeter ſua lumina ferri
Multa:tamen mitti clam quoq; multa putat.
Non hab& exactum quid agat:furialiter odit.
Et parat inſidiaſ:& cupit ulta mori.
Nox erat:ante toꝝ uiſa eſt aſtare ſororis
Squallenti dido ſanguinolenta coma.
Effuge.ne dubita:moeſtum fuge dicere tectū.
Sub uerbū querulas impulit aura fores.
Exilit.& uelox humili ſuper auſa feneſtra
Se iacit:audacem fecerat ipſe timor.
Cūq; metu rapitur:tunica uelata recincta
Currit:ut auditis territa dama lupis.
Corniger hāc tumidis rapuiſſe numicꝰ undis
Creditur.& ſtagnis occuluiſſe ſuis.
Sidoniſ interea magno clamore per agros
Quæritur.apparent ſigna:notaeq; pedum
Vētum erat ad ripaſ:inerant ueſtigia ripis:
Suſtinuit tacitaſ conſciꝰ amnis aquas.
Ipſa loqui uiſa eſt.placidi ſum nympha numici:
Amne perēmne latens anna permna uocor.
Protinꝰ erratis laeti ueſcuntur in agris.
Et celebrant largo ſeq; diēq; mero.
Sūt qbus haec luna ē.quia menſibus īpleat ānū.
Pars tethim:inachiā pars putat eſſe bouem.

nuenies qui te nymphen acbl:ntida dicant
Teq; ioui primos anna dediſſe cibos.
Hæc quoq; q̄ referam noſtras puenit ad aures
Fama nec a ueri diſſid& illa ſide.
Plæbs uet9:& nulliſ etiam nūc tuta tribunis
Fugit:& in ſacri uertice montiſ erat.
Iam quoq; quem ſecū tulerant:defecerat il'is
Victus:& humanis uſib9 apta ceres.
Orta ſub urbanis quædā fuit anna bouillis
Pauper:ſed multae ſedulitatis an9.
Illa leui mitra canoſ incincta capilloſ
Fingebat trepida ruſtica liba manu.
Atq; ita per populū fumantia mane ſolebat
Diuidere :hæc populo copia rara fuit.
Pace domi facta.ſignū poſuere perenne:
Quod ſibi defectuſ illa ferebat opem.
Nūc mihi cur cantant ſupereſt obſcena puellæ
Dicere.nam coeūt certaq; ꝓbra canunt.
Nuper erat dea facta:uenit gradiu9 ad illā:
Et cum ſeducta talia uerba refert.
Menſe meo coleris.iunxi mea tempora tecū.
Pend& ab officio ſpes mihi magna tuo.
Armiger armigeræ correpł9 amore mineruæ
Vror:& hoc longo tempore uuln9 alo.
Effice :dii ſtudio ſimileſ coeamus in unum.
Conueniūt partes hæ:tibi comiſ an9.
Dixerat .illa deum promiſſo ludit inani:
Et ſtultam dubia ſpem trahit uſq; mora.
Sæpi9 inſtanti mandata peregim9 inquit:
Euicta eſt:precib9 uix dedit illa man9.
Credit amans:thalamosq; parat:deducitur illuc
Anna tegenſ uult9 ut noua nupta ſuos.
Oſcula ſumptur9 ſubito mars aſpicit illam.
Nunc pudor elluſum:nūc ſubit ira deum.
Ludit amatorem caræ noua diua mineruæ
Nec res hac ueneri gratior ulla fuit.
Inde ioci ueteres:obſcenaq; uerba canentur:
Et iuuat hanc magno uerba dediſſe deo.
Præteritur9 eram gladios in principe fixos

Quom ſic a caſtis ueſta locuta focis.
Ne dubita meminiſſe: me9 fuit ille ſacerdos:
Sacrilegæ telis me petiere man9.
Ipſa uirum rapui ſimulacraq; nuda reliqui:
Quæ cecidit ferro cæſaris umbra fuit.
Ille quidem coelo poſit9 iouis atria uidit
Et ten& in magno templa dicata foro.
At quicūq; nefas auſi probibente deorum
Numine : polluerant pontificale caput:
Morte iacent merita teſtes eſtote philippi:
Et quorum ſparſis oſſib9 alb& hum9.
Hoc op9. hæc pietas hæc prima elemēta fuerūt
Cæſaris. ulciſci iuſta per arma patrem.
Poſtera quom teneras aurora refecerit hærbas:
Scorpi9 a prima parte uidendus erit.
Tertia poſt id9 lux eſt celeberrima bacebo.
Bacche faue uati dum tua feſta cano.
Nec referam ſemelen: ad quā niſi fulmina ſecū
Iuppiter afferr& : pāu9 inermis erat.
Nec puer ut poſſes maturo tempore naſci:
Expletū patrio corpore matris op9.
Biſtonas & ſcythicos lōgū ē narrare triūphos:
Et domitas genteſ thorifer inde tuas.
Tu quoq; thebanæ mala præda tacebere matris.
Inq; tuum furiis acte lycurge genu.
Ecce lib& ſubitos piſces tyrhenaq; monſtra
Dicere: ſed non ē carminis h9 op9.
Carminis hui9 op9 cāſ exponere: quare
Vilis an9 populos ad ſua liba uocet.
Ante tuos ort9 aræ ſine honore fuerunt
Liber: & in gellidis hærba reperta focis.
Te memorant gange totoq; oriente ſubacto:
Primicias magno ſuppoſuiſſe ioui.
Cinnama tu prim9 captiuaq; thura dediſti:
Deq; triumphato uiſcera toſta boue.
Nomine ab auctoris ducunt libamina nomē
Libaq;: ꝙ ſacris pars datur inde focis.
Liba deo fiunt ſuccis quia dulcib9 idem
Gaud& : & a baccho mella reperta ferūt.

Ibat arenoſo ſatyris comitat⁹ ab hebro:
Non hab& ingratos fabula noſtra iocos.
Iãq; erat ad rhodopen pangeaq; flumina uẽtũ:
Aeriferę comitũ concrepuere man⁹.
Ecce nouæ uolucres coeunt tinnitib⁹ actæ:
Quoſq; mouent ſonit⁹ æra: ſequũt apes.
Colligit errantes & in arbore claudit inani
Liber: & inuenti præmia mellis habet.
Vt ſatyri læuiſq; ſenex tetigere ſaporem:
Quærebant flauos per nem⁹ õne fauos.
Audit in exeſa ſtridorem examinis ulmo:
Aſpicit & cœlat diſſimulatq; ſenex.
Vtq; piget pandi tergo reſidebat aſelli
Applicat hunc ulmo corticib⁹q; cauis.
Conſtitit ille ſuper ramoſo ſtipite niſſus
Atq; auide trunco condita mella petit.
Milia crabronũ coeũt: & uertice nudo
Spicula defigũt: oraq; prima notant.
Ille cadit præceps: & calce feritur aſelli:
Inclamatq; ſuos: auxiliumq; uocat.
Concurrũt ſatyri turgentiaq; ora parentis
Ridẽt: percuſſo claudicat ille genu.
Ridet & ipẽ deus: limũq; inducere mõſtrat.
Hic paret monitis: & linit ora luto.
Melle pater fruitur. liboq; infuſa calenti
Iure repertori ſplendida mella damus.
Foemina cur preſtet: nõ eſt rationis opertæ.
Foemineos thyrſo concitat ille choros.
Cur an⁹ hoc faciat quæris? uinoſior ætas
Hæc erat: & grauidæ munera uitis amat.
Cur hedera hæc cĩcta ẽ? hedera ẽ gratiſſia baccho
Hoc quoq; cur ita ſit: dicere nulla mora eſt.
Nyſiades nymphas: puerũ quærẽte nouerca:
Hanc fraudem cunis oppoſuiſſe ferũt.
Reſtat ut inueniam quare toga libera detur.
Luce feris pueris candide bacche tua.
Siue ꝙ ipẽ puer ſemper iuueniſq; uideris:
Et media ẽ ætas inter utrũq; tibi.
Seu quia tu pater es: patres ſua pignõa natos

Commendant curæ numinibꝰq; tuis.
Siue ꝙ es liber: ueſtis quoq; libera per te
Sumit: & uitæ liberioris iter.
Aut quia: quom colerent priſci ſtudioſiꝰ agroſ:
Et faceret patrio rure ſenator opꝰ:
Et caperet faſces a curuo conſul aratro:
Nec crimen duras eſſet habere manus:
Ruſticꝰ ad ludos populus ueniebat in urbem.
Sed diis: non ſtudiis ille dabatur honor.
Luce ſua ludos uuae commentor habebat:
Quos cum taedifera nūc habet ille dea.
Ergo ut tyronū celebrare frequentia poſſet:
Viſa dies dandae non aliena togae.
Mite pater caput huc placataq; cōnua uertas:
Et des ingenio uela ſecunda meo.
Itur ad argeos qui ſunt ſua pagina dicet
Hac: ſicut memini: praeteritaq; die.
Stella lycaoniam uergit decliuis ad arcton
Miluiꝰ. hæc illa nocte uidenda uenit.
Quid dederit uolucri: ſi uis cognoſcere: coelū.
Saturnꝰ regnis a ioue pulſus erat:
Concitat iratus ualidos titanaſ in arma:
Quæq; fuit fatis debita tentat opem.
Matre ſatus terra monſtrū mirabile taurus
Parte ſui ſerpens poſteriore fuit.
Hunc triplici muro lucis incluſerat atris
Parcarum monitu ſtyx uiolenta trium.
Viſcera qui taurus flāmis adolenda dediſſet:
Sors erat aeternos uincere poſſe deos.
Imolat hūc briareus: facta ex adamēta ſecuri:
Et iam iam flammis exta daturus erat.
Iuppiter alitibus rapere īperat: attulit illa
Miluius: & meritis uenit in aſtra ſuis.
Vna dies media eſt: & fiunt ſacra mineruae:
Numinaq; adiūctis quinq; diebus habet.
Sanguine prima uacat: nec fas concurrere ferro.
Cauſa: ꝙ eſt illa nata minerua die.
Altera treſq; ſuper raſa celebrantur arena:
Enſibus expertis bellica læta dea eſt.

Pallada nunc pueri: laetaeq; ornata puellae:
  Qui bene placarit pallada: doct9 erit.
Pallade placata lanam mollire puellae
  Diſcant: & plenas exonerare colos.
Illa etiam ſtantes radio percurrere telas
  Erudit: & rarum pectine denſat opuſ.
Hāc cole qui maculas læſis de ueſtib9 auferst:
  Hanc cole uelleribꝰ quiſquis aena paras.
Nec quiſq; inuita faciet bene uincula plantae
  Pallade: ſit titio doctior ille licet.
Et licet ātiquo manibus collatus epheo
  Sit prior: irata pallade: mancus erit.
Vos quoq; phoebea morbos qui pellitis āte:
  Munera de ueſtris pauca referte deae.
Nec uos turba feri ſenſu fraudata magiſtri
  Spernite: diſcipulos atrahit illa nouos.
Qui moues coelum: tabulasq; colorib9 uris:
  Quiq; facis docta mollia ſaxa manu.
Mille dea eſt opeꝝ: certe dea carminis illa eſt:
  Si mereor: ſtudiis adſit amica meis.
Caeli9 ex alto qua mons deſcendit in aequum:
  Hic ubi non plana ē: ſed ꝓpe plana uia ē:
Parua licet uides captae delubra mineruae
  Quae dea natali coepit habere ſuo.
Nominis in dubio cauſa. capitale uocamus
  Ingenium ſolers: ingenioſa dea eſt.
An quia de capitis ferī: ſine matre: paterni
  Vertice: cum clipeo proſiluiſſe ſuo.
An: quia perdomitiſ ad noſ captiua faliſcis
  Venit: & hoc ſignum littera prima docet.
An ꝙ habet capitis legem: quae pēdere poenas
  Ex illo iubeat furta recepta loco.
A quacūq; trahas ratione uocabula pallas:
  Pro ducib9 noſtris aegida ſemper habe.
Summa dies e quinq; tuba luſtrare canora
  Admonet. & forti ſacrificare deae.
Nūc potes ad ſolem ſublato dicere uultu:
  Hic here phriſeae uellera p̄ſſit ouis.
Seminib9 toſtis ſceleratae fraude nouercae:

Suſtulerat nullas ut ſolet hærba comas.
Mittitur ad tripodas certa qui ſorte reportet:
Quam ſterili terræ delphicꝰ edat opem.
Hic quoqꝫ corruptꝰ cũ ſemine: nũciat belles
Et iuuenis phrixi funera: ſorte peti.
Vſqꝫ recuſantem: ciues: & tempꝰ: & ino
Compulerant regem iuſſa nefanda pati.
Et ſoror: & phrixꝰ uelati tempora uittis.
Stant ſimul ante aras: iunctaqꝫ fata gemũt
Aſpicit hos ut forte pependerat æthere mater:
Et ferit attonita pectora nuda manu.
Inqꝫ draconigeram nymbis comitãtibꝰ urbeꝫ
Deſilit: & natos erripit inde ſuos
Vtqꝫ fugam capiant: aries nitidiſſimꝰ auro
Traditur: ille uehit per freta longa duos.
Dicitur infirma cornu tenuiſſe ſiniſtra
Foemina: cũ de ſe nomina fecit aquæ
Pene ſimul periit quom uult ſuccurrere lapſæ
Frater: & extentas porrigit ille manus.
Flæbat: ut amiſſa gemini cuꝫ ſorte pericli
Ceruleo iunctam neſcius eſſe deo.
Littoribꝰ tactis aries fit ſydus: & huius
Peruenit in colchas aurea lana domos.
Tres ubi luciferos oriens permiſſit eoo:
Tempora nocturnis æqua diurna feret
Inde quater paſtor ſaturos ubi clauſerat ædos:
Canuerint hærbæ rore recente quater:
Ianꝰ adorandus: cũ quo concordia mitis:
Et romana ſalus: araqꝫ pacis erit.
Luna regit menſes: huiꝰ quoqꝫ tẽpora mẽſis
Finit: auentino luna colenda iugo.

ALMA FAVE DIXI gemino
rum mater amorum.
Ad uatem uultus rettu
lit illa ſuos.
Quid tibi ait mecũ? certe mõ feſta canebas.

Num uetus in molli pectore uuln9 habes?
Scis dea reſpondi de uulnere .riſit :& aer
Protin9 ex illa parte ſeren9 erat.
Sauci9 aut ſan9:nūq̄ tua ſigna reliqui.
Tu mihi propoſitū:tu mihi ſemper onus.
Quæ decuit :primis ſine crimīe luſimus ānis
Nūc teritur noſtris area maior equis.
Tempora cum cauſiſ annalib9 eruta priſcis:
Lapſaq; ſub terras ortaq; ſigna cano.
Venim9 ad quātum q̊ tu celeberrima menſem:
Et uatem & menſem:ſcis uenuſ eſſe tuos.
Mota cytherea leuiter mea tempora myrto
Contigit:& coeptum perfice dixit op9.
Senſim9:& cauſæ ſubito patuere dierū
Dum licet :& ſpirant flamina:nauis eat.
Si qua tn̄ pās te de faſtis tangere debet
Cæſar :in aprili qd̄ tuearis habes.
Hic ad te magna deſcendit origine menſis:
Et fit adoptiua nobilitate tuus.
Hoc pater iliades quom lōgū ſcriberet annū
Vidit:& auctores rettulit ille ſuos.
Vtq; fero marti primā dedit ordine ſortem:
Quod ſibi naſcenti proxima cā fuit:
Si uenerem gradib9 mītis in gente receptam
Alterius uoluit menſis habere locum.
Principiūq; ſui generis:reuolutaq; quærens
Sæcula :cognatos uenit aduſq; deos.
Dardanon electra quiſ neſcit atlantide natum:
Scilicet electram concubuiſſe ioui.
Huius ericbthoni9.tros ē generatus ab illo:
Aſaracū creat hic:aſarac9q; capin:
Proxim9 anchiſes:cū quo comune parentis
Non dedignata ē nomen habere uen9.
Hic ſat9 æneas pietas ſpectata per ignes:
Sacra patremq; humeris altera ſacra tulit.
Venim9 ad foelix aliquando nomen iuli :
Vnde dom9 teucros iulia tangit auos.
Poſthum9 hic:qui q; ſyluis fuit ortus in altis:
Sylui9 in latia gente uocat9 erat. uu.3.

Iſq; latine tibi pater eſt: ſubit alba latinū:
Proximus eſt titulis epitus alba tuis:
Ille dedit captae repetita uocabula troiae:
Et tuus eſt idem calpete factus auus:
Accipiens regnum poſt hunc thyberin9: ab illo
Dicitur hetruſcae gurgite merſus aquae.
Iam tamen agrippam natū remulūq; nepotem
Viderat: in remulum fulmina miſſa ferunt
Venit auentinus poſt hos: locus unde uocatur
Mons quoq;: poſt illum tradita regna pce:
Quem ſequitur duri numitor germanuſ amuli:
Ilia cum lauſo denumitore ſati:
Enſe cadit patrui lauſus: placet ilia marti:
Teq; parit gemino iuncte quirine remo.
Ille ſuos uenerem ſemper martemq; parentes
Dixit. & emeruit uocis habere fidem.
Neue ſecuturi poſſent neſcire nepotes:
Tempora diis generis continuata dedit.
Sed ueneris menſem graio ſermone notatū
Auguror: a ſpumis eſt dea dicta maris.
Nec tibi ſit mirum græco rem nomine dici:
Itala non tellus græcia maior erat.
Venerat euander cum plena claſſe ſuorum:
Venerat alcides: graius uterque genus.
Hoſpes auentinis armentum pauit in aruis
Clauiger: & tanta ē albula pota deo.
Dux quoq; naritiuſ: teſtes leſtrigones extant:
Et quod adhuc circes nomina littus habet.
Et iam telegoni iam moenia tiburis udi
Stabant: argolicæ qd' poſuere manus.
Venerat atrides fatis agitatus aleſus:
A quo ſe dictam terra faliſca putat.
Adiice troianæ ſuaſorem antenora pacis:
Et generū aeniden appule daune tuum:
Serus ab illiacis: & poſt antenora flamis
Attulit æneas in loca noſtra deos.
Huius erat ſolem9 phrygia comes un9 ab ida:
A quo ſulmonis moenia nomen habent:
Sulmonis gelidi patriae germanice noſtræ:

Me miſerum ſcythico q̃ procul illa ſolo eſt.
Ergo age: tã lõgas ſed ſupprime muſa querelas:
Non tibi ſunt moeſta ſacra canenda lyra.
Quo non liuor adit? ſunt qui tibi mẽſis honorẽ
Eripuiſſe uelint: inuideantq; uenꝰ.
Nã: quia uer aperit tũc omnia: denſaq; cedit
Frigoris aſperitas: foetaq; terra patet:
Aprilẽ memorãt ab aperto tempore dictum:
Quem uenꝰ iniecta uendicat alma manu.
Illa quidem totũ digniſſima temperat orbem
Illa tenet nullo regna minora deo.
Iuraq; dat coelo: terræ: & natalibꝰ undis:
Perq; ſuos initꝰ continet omne genꝰ.
Illa deos õnes lõgum eſt numerare creauit
Illa ſatis cauſas: arboribꝰq; dedit.
Illa rudes animos hominum cõtraxit ĩ unum:
Et docuit iũgi cum pare quemq; ſua.
Quid genꝰ õne creat uolucꝝ niſi blãda uoluptas?
Nec coeãt pecudes: ſi leuis abſit amor.
Cum mare trux aries cornu decertat: at idem
Frõtem dilectæ lædere parcit ouis.
Depoſita ſequitur taurus feritate iuuencam:
Quem toti ſaltꝰ: quem nemꝰ omne tremit.
Vis eadẽ: lato ꝙcũq; ſub æquore uiuit:
Seruat: & innumeris piſcibꝰ implet aquas.
Prima feros habitꝰ homini detraxit: ab illa
Venerunt cultꝰ: mundaq; cura ſolo.
Primꝰ amans carmẽ uigilatum nocte negata
Dicitur ad clauſas concinuiſſe fores.
Eloquiũq; fuit duram exorare puellam:
Proq; ſua cauſa quiſq; diſertꝰ erat.
Mille per hãc artes notæ: ſtudioq; placendi
Quæ latuere priꝰ multa reperta ferunt.
Hãc quiſq̃ titulo menſis ſpoliare ſecundi
Audeat? a nobis ſit furor iſte procul.
Quid ꝙ ubiq; potens tẽplis frequẽtibꝰ aucta:
Vrbe tamen noſtra ius dea maiꝰ habet.
Pro troia romane tua uenꝰ arma ferebat:
Quom gemuit tenerã cuſpide læſa manum.

Coeleſteſq; duas troiano iudice uicit:
Ah nolim uictas hoc meminiſſe deas:
Aſſaraciq; nurus dicta eſt: ut ſcilicet olim
Magnus iuleos cæſar haberet auos.
Nec ueneri temp9: q̄ uer erat aptius ullum:
Vere nitent terræ: uere remiſſus ager.
Nūc herbæ rupta tellure cacumina tollūt:
Nunc tumido gemmas cōtice palmes agit.
Et formoſa uen9 formoſo tempore digna eſt:
Vtq; ſolet marti continuata ſuo eſt.
Vere monet curuas materna p æquora puppes
Ire: nec hybernas iam timuiſſe minas
Rite deam colitis latiae matreſq; nuruſq;:
Et uos qui uittae: longaq; ueſtis abeſt.
Aurea marmoreo redimicula demite collo:
Nunc alii flores: nūc noua danda roſa ē:
Vos quoq; ſub uiridi myrto iubet illa lauari.
Cauſaq; cur iubeat: diſcite: certa ſubeſt.
Littore ſiccabat rorantes rore capillos.
Viderunt ſatyri turba proterua deam.
Senſit. & appoſita texit ſua pectora myrto.
Tuta fuit facto: uoſq; referre iubet.
Diſcite nunc quare fortunae thura uirili
Detis: eo gelida qui locus humet aqua.
Accipit ille locus poſito uelamine cunctas:
Et uitium nudi corporis omne uidet.
Vt tegat hoc: coeletq; uiros: fortuna uirilis
Praeſtat: & hoc paruo thure rogata facit.
Ne pigeat tritum niueo cum lacte papauer
Sumere & expreſſis mella liquata fauis.
Cum primū cupido uen9 ē deducta marito
Hoc bibit: ex illo tempore nupta fuit.
Illam ſupplicib9 uerbis placate ſub illa
Et forma: & mores: & bona fama manet.
Roma pudicicia proauorum tempore lapſa eſt:
Cumeam ueteres conſiluiſtis anum.
Templa iubet fieri ueneri: quibus ordie factis:
Inde uen9 uerſo numine corda tenet.
Semper ad aeneadas placido pulcherrima uultu

Reſpice: totq; tuas diua tuere nurus.
Dū loquor elatæ metuendus acumine caudæ
Scorpius in uirides præcipitatur aquas.
Nox ubi tranſierit: cœlūq; rubeſcere primo
Coeperit: & tactæ rore querūtur aues:
Semuſtāq; facem uigilata nocte uiatō
Ponet: & ad ſolitum ruſtic9 ibit opus:
Pleiades incipient humeros releuare paternos:
Quæ ſeptem dici: ſex tamē eſſe ſolent.
Seu q in amplexū ſex hinc uenere deorum
Nam ſteropen marti concubuiſſe ferūt:
Neptunno alcynoen & te formoſa celeno:
Maian & electran taigetamq; ioui.
Septima mortali merope tibi ſiſyphe nupſit.
Poenitet: & facti ſola pudore latet.
Siue q electra troiæ ſpectare ruinas:
Non tulit: ante oculos oppoſuitq; manum.
Ter ſine perpetuo cœlū uerſetur in axe:
Ter iungat titan: terq; reſoluat equos:
Protin9 inflexo berecynthia tibia cornu
Flabit: & idææ feſta parentis erunt.
Ibunt ſemimāeſ & inania timpana tondent
Aeraq; tinnit9 ære repulſa dabunt.
Ipſa ſedens molli comitum ceruice feretur
Vrbis per medias exululata uias.
Scæna ſonat, ludiq; uocant: ſpectate quirites
Et fora marte ſuo litigioſa uacant.
Quærere multa libet: ſed me ſonus æris acuti
Terret: & horrendo lothos adunca ſono.
Da dea, quā ſcite doctas cybeleia neptes
Vidit: & has curæ iuſſit adeſſe meæ.
Pandite mandati memores heliconis alumnæ
Gaudeat aſſiduo cur dea magna ſono.
Sic ego, ſic eratho menſis cithereius illi
Ceſſit: q teneri nomen amoris hab&.
Reddita ſaturno ſors hæc erat. optime regum
A nato ſceptris excutiere tuis.
Ille ſuam metuens: ut quæq; erat ædita prolem
Deuorat: immerſam uiſceribuſq; tenet.

Sæpe rhea queſta eſt.toties fecūda:nec unq̄
Mater:& indoluit fertilitate ſua.
Iuppiter ortꝰ erat: ꝓ magno teſte uetuſtas
Creditur:acceptam parce mouere fidem
Veſte latens ſaxum coeleſti gutture ſedit:
Sic genitor fatis decipiendꝰ erat.
Ardua iamdudum reſonat tinnitibꝰ ida:
Tutꝰ ut infanti uagiat ore puer.
Pās manibꝰ clipeos:galeas ps tundit inanes
Hoc curetes habent:hoc corybantes opꝰ.
Res latuit patrem:priſciq; imitantia facti
Aera deæ comites raucaq; terga mouent.
Cymbala ꝓ galeis: ꝓ ſcutis tympana pulſant
Tibia dat phrygios ut dedit ante modos
Deſierat.coepi cur huic genꝰ acre leonum
Prebeat inſolitas ad iuga curua iubas?
Deſierā.coepit.feritas mollita per illam
Creditur.id curru teſtificata ſuo eſt.
At cur turrifera caput eſt onerata corona?
An primis turres urbibꝰ illa dedit?
Annuit.ūde uenit dixi ſua membra ſecandi
Impetꝰ?ut tacuit pieris orſa loqui.
Phryx puer in ſyluis facie ſpectabilis altis
Turrigeram caſto iunxit amore deam.
Hūc ſibi ſeruari uoluit ſua templa tueri.
Et dixit.ſemper fac puer eſſe uelis.
Ille fidē iuſſis dedit:& ſi mentiar inquit:
Vltima qua fallam ſit uenꝰ illa mihi.
Fallit.& in nympha ſangaride deſinit eſſe
Quod fuit.hinc poenas exigit ira deæ.
Naiada uulneribꝰ ſuccidit in arbore factis:
Illa perit.fatum naiados arbor erat.
Hic furit.& credens thalami ꝓcumbere tectū:
Et fugit :& curſu dindyma ſumma petit:
Et mō tolle faces:remoue mō uerbera:clamat
Sæpe paleſtinas iurat adeſſe deas.
Ille etiā ſaxo corpꝰ laniauit acuto
Longaq; īmundo puluere tracta coma eſt
Voxq; fuit.merui.meritas do ſanguine poenas:

Ah pereant partes quæ nocuere mihi.
Ah pereant dicebat adhuc: on⁹ inguinis aufert:
Nullaq; ſunt ſubito ſigna relicta uiri.
Venit in exēplum furor hic: molleſq; miniſtri
Caedunt iactatis uilia mēbra comis.
Talib⁹ aoniae facunda uoce camenae:
Reddita quaeſiti cauſa furoris erat.
Hoc quoq; dux operis moneas p̄cor. ūde petita
Venerit: an noſtra ſemper in urbe fuit.
Dindimon & cybelen: & amoenā frōdib⁹ iden
Semper: & iliacas mater amauit opes.
Quom troiā aeneas italos portauit in agros:
Eſt dea ſacriferas pene ſecuta rates.
Sed nūdum fatis latio ſua numina poſci
Senſerat: aſſuetis conſtiteratq; locis.
Poſt: ut roma potēs opib⁹ iam ſaecula quinq;
Vidit: & e domito ſubſtulit orbe caput:
Carminis euboici fatalia uerba ſacerdos
Inſpicit: inſpectum tale fuiſſe ferunt.
Mater abeſt: matrē iubeo romane reqras.
Quom ueniet: caſta eſt accipienda manu.
Obſcuræ ſortis matres ābagibus errant.
Quæ ue parenſ abſit: quo ue petenda loco.
Conſulitur pean. diuūq; accerſite matrem
Inquit: in ideo eſt inuenienda iugo.
Mittūt proceres. phrygiæ tunc ſceptra tenebat
Attalus: auſoniis rem negat ille uiris.
Mira canam: longo tremuit cū murmure tellus:
Et ſic eſt adytis diua locuta ſuis.
Ipſa peti uolui. nec ſit mora: mitte uolentem:
Dignus roma locus quo de⁹ omnis eat.
Ille ſoni terrore pauens: proficiſcere dixit:
Noſtra eris. in phrygios roma refertur auos.
Protinus innumeræ caedunt pinneta ſecures:
Illa quibus fugiens phryx pius uſus erat.
Mille manus coeunt: & picta colorib⁹ uſtis
Cœleſtum matrem concaua puppis habet.
Illa ſui per aquas fertur tutiſſima nati:
Longaq; phryxeæ ſtagna ſororis adit.

Rheteūq; capax:ſygeaq; littora tranſit:
Et tenedon ueteres ericionis opes.
Cyclades excipiūt:leſbo poſt terga relicta
Quaq; cariſteis frangiẽ unda uadis.
Tranſit & icareum:lapſas ubi perdidit alas
Icarus:& uaſtæ nomina fecit aquæ.
Tūc læua creten:dextra pelopeidas undas
Deſerit.& ueneri ſacra cythera petit.
Hic mare trinacrium candẽs ubi tingere ferrū
Brontes:& ſteropes:migdonideſq; ſolent.
Aequoraq; afra legit:ſardeaq; regna ſiniſtris
Proſpicit a remis:auſoniāq; tenet.
Hoſtia contigerat:qua ſe thyberin9 in altum
Diuidit:& campo liberiore natat.
Omīs eques:mixtaq; grauis cū plebe ſenat9
Obuius ad thuſci fluminis ora uenit.
Procedūt pariter matres:natiq;:uiriq;:
Quæq; colunt ſanctos uirginitate focos.
Sedula fune uiri contracto brachia laſſant:
Vix ſubit aduerſas hoſpita nauis aquas.
Sicca diu fuerat tellus:ſicca uſſerat hærbas:
Sedit limoſo preſſa carina uado.
Quiſquiſ adeſt operi pluſq̃ pro parte laborat:
Adiuuat & fortes uoce ſonante manus.
Illa uelut medio ſtabilis ſedet inſula ponto:
Attoniti monſtro ſtantq; pauentq; uiri.
Claudia quinta gen9 clauſo referebat ab alto:
Nec facies impar nobilitate fuit.
Caſta quidem:ſed nō eſt credita:rumō iniquuſ
Læſerat:& falſi criminis acta rea eſt.
Cultus & ornatos uarie fudiſſe capillos
Obfuit:ad rigidos linguaq; prompta ſenes.
Conſcia mens recti famæ mẽdatia ridet:
Sed nos in uitium credula turba ſumus.
Hæc ubi caſtarū proceſſit ab agmine matrum.
Et manibus puram fluminis hauſit aquam:
Ter caput irrorat:ter tollit ad hæthera palmas:
Quicūq; aſpiciunt mente carere putant.
Summiſſoq; genu.ult9 in imagine diuæ

Figit: & hos egit crine iacente ſonos.
Supplicis alma tuæ genitrix fœcunda deoꝝ
Accipe ſub certa conditione p̄ces.
Caſta negor: ſi tu dānas meruiſſe fatebor:
Morte luam poenas: iudice uicta dea.
Sed ſi crimen abeſt: tu noſtrae pignora uitæ
Re dabis: & caſtas caſta ſequere man9.
Dixit: & exiguo funem conamine traxit.
Mira: ſed e ſcæna teſtificata loquar.
Mota dea eſt ſequiturq; ducē: laudatq; ſequēdo
Index lætitiae fertur ad aſtra ſonus.
Fluminis ad flexum ueniūt thyberina priores
Atria dixerunt. unde ſiniſter abit.
Nox erat: & querno religāt ī ſtipite funem.
Dantq; leui ſomno corpora functa cybo.
Lux erat: & querno ſoluunt a ſtipite funem.
Ante tamen poſito thura dedere foco.
Ante coronarūt puppem: ſine labe iuuencam
Mactarunt: operum coniugiiq; rudem.
Eſt loc9 in thyberi: quo lubric9 influit almo:
Et nomen magno perdit in amne minor.
Illic purpuera can9 cum ueſte ſacerdos
Almonis dominā ſacraq; lauit aquis.
Exululant comites: furioſaq; tibia flatu:
Et feriunt molles taurea terga man9.
Claudia præcedit læto celeberrima uultu:
Credita uix tandem teſte pudica dea.
Ipſa ſedēs plauſtro .pōta ē inuecta capena:
Sparguntur iunctæ flore recente boues.
Naſica accepit. templi non perſtitit auctor
Auguſtus nūc eſt ante metellus erat.
Subſtitit hic erato: mora fit. ſic cœtera quæro.
Dic inq̄ parua cur ſtipe quærat opes?
Contulit æs populus. de quo delubra metell9
Fecit ait: dandæ mos ſtipis inde manet.
Cur uicib9 factis ineūt conuiuia quæro?
Tūc magis indictas concelebrantq; dapes.
Quod bene mutarit ſedem berecynthia dixit:
Captant mutatis ſedib9 omen idem.

Inſtiteram.quare primi megaleſia ludi
Vrbe forent noſtra.tum dea ſenſit enim
Illa deos inquit peperit:ceſſere parenti:
Principiumq; dati mater honoris habet.
Cur igitur gallos:qui ſe excidere uocamus:
Quo tantum a phrygia gallica diſtat humꝰ?
Inter ait uiridem cybelen:aliasq; celenas
Amnis it inſana nomine gallus aqua.
Qui bibit inde furit:ꝑcul hinc diſcedite:qs ē
Cura bonae mentis:qui bibit inde furit.
Nō pudet haerboſum dixi poſuiſſe moretum
In dominae menſis:an ſua cauſa ſubeſt?
Lacte mero ueteres uſi narrantur & haerbis:
Sponte ſua ſi quas terra ferebat:ait
Candidus elixae miſcentur caſeus herbae:
Cognoſcat priſcos ut dea priſca cybos.
Poſtera cum coelo motis pallantias aſtris
Fulſerit: & niueos luna leuarit equos:
Qui dicit:quondam ſacrata eſt colle quirini
Hac fortuna die publica:uerus erit.
Tertia lux memini ludis erit. ac mihi quidam
Spectanti ſenior continuuſq; loco.
Haec ait illa dies lybicis qua caeſar in oris
Perfida magnanimi contudit arma iubae.
Dux mihi caeſar erat:ſub quo meruiſſe tribunꝰ
Glorior:officio praefuit ille meo.
Hāc ego militia ſedem:tu pace paraſti
Inter biſquinos uſus honore uiros.
Plura locuturi ſubito ſubducimur imbre.
Pendula coeleſtes libra mouebat aquas.
Ante tamē q̄ ſumma dies ſpectacula ſiſtat:
Enſifer orion aequore merſus erit.
Proxima uictricem quom romā īſpexerit eos:
Et dederit phoebo ſtella fugata locum:
Circus erit pompa celeber:numeroq; deorum:
Primaq; uentoſis palma petet̃ equis.
Huic cereris ludi non eſt opꝰ indice cauſa.
Sponte deae munꝰ promeritumq; patet.
Panis erat primꝰ uirides mortalibus haerbae

Quaſ tellus nullo ſolicitāte dabat.
Et mō carpebant uiuax in ceſpite gramē:
Nūc epulæ tenera fronde cacumen erant.
Poſtmō glanſ nata ē:bn̄ erat iā glāde reperta:
Duraq; magnificas querc9 babebat opes.
Prima ceres bomīe ad meliora alimenta uocato
Mutauit glandes:utiliore cybo.
Illa iugo tauros collū prebere coegit.
Tūc primū ſulcos eruta uidit bum9.
Aes erat in precio:calibis iā maſſa placebat.
Heu beu perpetuo debuit illa tegi.
Pace ceres læta ē:& uos orate coloni
Perpetuam pacem pacificūq; ducem.
Farra deæ micæq; lic& ſalientis bonorem
Detis:& in ueteres thurea grana focos.
Et ſi thura aberūt.unctas accēdite pinus.
Parua bonæ cereri:ſint mō caſta:placent.
A boue ſuccinti cultros remouete ſiniſtri.
Bos aret:ignauam ſacrificate ſuem.
Apta iugo ceruix:& nō ferienda ſecuri:
Viuat:& in dura ſæpe laboret bumo.
Exigit iſte loc9 rapt9 ut uirginis edam.
Plura recognoſces:pauca docendus eris.
Terra trib9 ſcopulis uaſtum ꝓcurrit ī æquor
Trinacris a poſitu nomen adepta loci
Grata dom9 cereri:mltas ea poſſidet urbes:
In quib9 eſt culto fertilis ætna ſolo.
Frigida coeleſtum matres aretuſa uocabat:
Venerat ad ſacras & dea flaua dapes.
Filia:conſuetis ut erat comitata puellis:
Errabat nudo per ſua prata pede.
Valle ſub umbroſa loc9 eſt aſpergine multa
Humidus:ex alto deſilientis aquæ.
Tot fuerant illic quot babet natura colores:
Pictaq; diſſimili flore nitebat bum9.
Quē ſimul aſpexit:comites accedite dixit:
Et mecū plenos flore referte ſinus.
Præda puellares animos delectat inanis:
Et non ſentitur ſedulitate labor.

Hæc implet calathos lento de uimine iunctos.
Hæc gremiū: laxoſ degrauat illa ſinus
Illa legit calthas: huic ſunt uiolaria curæ:
Illa papauereas ſubſecat ungue comas:
Has hiacynthe tenes: illas amarante moraris:
Pars thima: pars rorē: pās meleloton amāt:
Plurima lecta roſa: ſunt & ſine noīe flores.
Ipa crocos tenues: liliaq; alba legit.
Carpendi ſtudio paulatim longi9 itur:
Et dominam caſu nulla ſecuta comes.
Hāc uidet: & uiſam patru9 uelociter aufert:
Regnaq; ceruleis in ſua portat equis.
Illa quidem clamabat. io cariſſima mater
Auferor. ipa ſin9 abſciderat q; ſuos.
Panditur interea diti uia: nāq; diurnum
Lumen inaſſueti uix patiuntur equi.
At chor9 aequalis cumulatis flore caniſtris:
Per ſephone clamat ad tua dona ueni.
Vt clamata ſilet: mōtes ululatib9 implent:
Et feriunt moeſta pectora nuda manu.
Attonita ē plangore ceres: mō uenerat ætnā
Nec mora me miſeram filia dixit ubi es?
Mētis inops rapit: ut quas audire ſolem9:
Threicias fuſis menades ire comis.
Vt uitulo mugit ſua mater ab ubere rapto:
Et quærit foet9 per nem9 omne ſuos.
Sic dea non retinet gemit9: & concita curſu
Fertur: & e campis incipit ætna tuis.
Inde puellaris nacta eſt ueſtigia plantæ:
Et preſſam noto pondere uidit humū.
Forſitan illa dies erroris ſumma fuiſſet.
Si non turbaſſent ſigna reperta ſues.
Iamq; leontinos: amoenaq; flumina curſu
Præterit: & ripas herbifer ace tuas
Præterit & cianen & fontes lenis anapi:
Et te uorticibus non adeunde gela.
Liquerat ortigiam: magareaq; pātagiamq;
Quaſq; ſimethias accipit æquor aquas.
Antraq; cyclopum poſitis exuſta caminis:

Quiq; locus curuæ nomina falcis habet.
Hieraq;: & didimen: agrigētaq; tauromenūq;:
Sacrorumq; melam paſcua læta boum.
Hinc camerinam adiit tapſonq;: & oloria tēpe:
Quaq; iacet zephyro ſemper apertus erix.
Iamq; peloriaden lilybeia: iamq; pachinon:
Luſtrauit terræ cornua prima ſuæ.
Quacūq; ingreditur miſeris loca cūcta querelis
Implet: ut ammiſſu; quom gemit ales ityn.
Perq; uices mō per ſephone: modo filia clamat:
Clamat & alternis nomen utrunq; ciet.
Vnaq; : paſtorem uidiſſet in arua colentem
Vox erat: hac greſſus ecqua puella tulit?
Iam color un9 ineſt reb9 tenebriſq; teguntur
Omnia: iam uigiles conticuere canes.
Alta iacet uaſti ſuper ora typhoeos ætnæ:
Cuius anelatis ignib9 ardet humus.
Illic accendit geminas : pro lampade pinus:
Hinc cereris ſacris nūc quoq; tæda datur.
Eſt ſpecus exeſi ſtructura punicis aſper
Non homini facilis: non adeūda feræ:
Quo ſimul ac uenit : frenatos curribus angues
Iunxit: & æquoreas ſicca per errat aquas.
Effugit ad ſyrtis & te zanclea carybdis
Et uos niſei naufraga monſtra canes:
Adriacūq; patens late bimaremq; corynthon :
Sic uenit ad portus attica terra tuos .
Hic primū ſedit gelido moeſtiſſima ſaxo:
Illud cecropidæ nūc quoq; triſte uocant.
Sub ioue durauit multis immota diebus
Et lunæ patiens & pluuialis aquæ.
Sors ſua cuiq; loco ē: qui nūc cerealis eleuſis
Dicitur : hic celei rura fuere ſenis.
Ille domum glandes: excuſſaq; mora rubetis
Portat: & arſuris arida ligna focis .
Filia parua duas redigebat monte capellas
Et tener in cunis filius æger erat.
Mater ait uirgo mota eſt dea nomine matris
Quid facis inſolitis incomitata locis?

Perſtitit & ſenior: q̃uis onꝰ urget: & orat
Vt ſubeat tecta quantulacũqȝ caſæ
Illa negat: ſimularat anum: mitraqȝ capillos
Preſſerat: inſtanti talia dicta refert.
Soſpes eas: ſempqȝ parẽs. mihi filia rapta eſt.
Heu melior q̃to ſors tua ſorte mea eſt.
Dixit & ut lachrymæ neqȝ. n. lacrimãe deorũ ẽ.
Decidit in tepidos lucida gutta ſinus.
Flænt pariter molles animis uirgoqȝ ſenexqȝ
E quibꝰ hæc iuſti uerba fuere ſenis.
Sit tibi: quã raptaȝ quereris: ſit tibi filia ſoſpes.
Surge: nec exigue deſpice tecta caſæ
Cui dea ſic inquit: ſciſti qua cogere poſſes:
Seqȝ leuat ſaxo: ſubſequiturqȝ ſenem.
Dux comiti narrat ꝙ ſit ſibi filius aeger.
Nec capiat ſomnos, inuigiletqȝ malis.
Illa ſoporiferum paruos initura penates
Colligit agreſti lene papauer humo.
Dum legit oblito fertur guſtaſſe palato.
Longamqȝ imprudens exſoluiſſe famem.
Quae quia principio poſuit ieiunia noctis:
Tempus habent coenæ ſydera uiſa ſibi
Limen ut intrauit: luctus uidet omnia plena
Iam ſpes in puero nulla ſalutis erat.
Matre ſalutata: mater menalina uocatur.
Iungere dignata eſt os puerile ſuo.
Pallor abit: ſubitaſqȝ uident in corpore uires:
Tantus coeleſti uenit ab ore uigor.
Tota domꝰ laeta ẽ: hæc eſt materqȝ paterqȝ
Nataqȝ. tres illi tota fuere domus.
Mox epulas ponũt. liquefacta coagula lacte
Pomaqȝ & in cæris aurea mella ſuis.
Abſtinet alma ceres: ſomniqȝ papauera cauſas
Dat tibi cũ tepido lacte bibenda puer.
Noctis erat medium placidiqȝ ſilentia ſomni:
Triptolomum gremio ſuſtulit illa ſuo.
Ter que manu permulſit eũ uľ cãmĩa dixit.
Carmina mortali non referenda ſono.
Inqȝ foco corpꝰ pueri uiuente fauilla

Obruit. humanum purg& ut ignis onꝰ.
Excutitur ſomno ſtulte pia mater & amens
Quid facis exclamat? mēbraq; ab igne rapit.
Cui dea: dū nō es dixit ſcelerata: fuiſti.
Irrita materno ſunt mea dona metu.
Iſte quidem mōtalis erit ſed primꝰ arabit.
Et ſeret: & culta præmia tollet humo.
Dixit: & egrediens nubem trahit: īq; dracones
Trāſit: & alifero tollitur axe ceres:
Sumiō expoſitū. pyrrhea tuta receſſu
Linquit: & in dextrum qua iacet ora latꝰ
Hic init ægeū: quo cycladas aſpicit ōnes:
Ioniūq; capax: icariumq; legit.
Perq; urbes aſiæ lōgum petit heleſpontum:
Diuerſumq; locis alta pererrat iter.
Nā modo thurilegas arabas. mō deſpicit īdos
Hic libs hinc meroe ſiccaq; terra ſubeſt.
Nūc adit heſperios: rhenū rhodanumq; padūq;
Teq; future parēs thybri potentis aquæ.
Quo feror? īmenſum eſt erratas dicere terras:
Præteritꝰ cereri nullus in orbe locꝰ.
Errat. & ī coelo: liquidiq; ī numina ponti
Alloquitur gelido proxima ſigna polo.
Parrhaſides ſtellæ nā q; omnia noſſe poteſtis:
Aequoreas nunq̄ quom ſubeatis aquas.
Per ſephonē natā miſerae mōſtrate parēti.
Dixerat. huic helicæ talia uerba refert.
Crimine nox uacua ē. ſoleꝫ de uirgine rapta
Conſule: qui late facta diurna uidet.
Sol aditꝰ: quā quæris ait: ne uana labores
Nupta iouis fratri tertia regna tenet.
Queſta diu ſecū: ſic eſt affata tonantem.
Maximaq; īuultu ſigna dolentis erant.
Si memor es de quo mihi ſit proſerpina nata:
Dimidiū curæ debet habere tuæ.
Orbe perrerato: ſola eſt iniuria facti
Cognita. cōmiſſi praemia raptor habet.
Ac neq; per ſephone digna eſt praedone marito
Nec gener hoc nobis more parandus erat.

Quid grauiꝰ uictore gige captiua tuliſſem?
Quam nunc te coeli ſceptra tenere tuli?
Veꝝ impune ferat. nos hæc patiemur īultæ.
Reddat. & emendet: facta priora nouis.
Iuppiter hāc lenit: factumqꝫ excuſat amore
Nec gener eſt nobis ille pudendꝰ ait.
Non ego nobilior. poſita eſt mihi regia coelo.
Poſſidet alter aquas. alter inane chaos.
Sed ſi forte tibi non eſt mutabile pectꝰ:
Statqꝫ ſimul iuncti rumpere uincla tori
Hoc quoqꝫ tētemꝰ: ſiquidem ieiuna remanſit.
Si minꝰ: inferni coniugis uxor erit.
Tartara iuſſus adit ſumptis caducifer alis
Speqꝫ redit citiꝰ: certaqꝫ uiſa refert.
Rapta tribꝰ dixit ſoluit ieiunia granis
Punica quæ lento cortice poma tegunt.
Non ſecꝰ indoluit: ꝗ̄ ſi mō rapta fuiſſet
Moeſta parens: lōga uixqꝫ refecta mora eſt.
Atqꝫ ita nec nobis coelum eſt habitabile dixit.
Tartarea recipi me quoqꝫ ualle iube.
Et factura fuit: pactꝰ niſi iuppiter eſſet
Biſ tribꝰ ut coelo menſibꝰ illa foret.
Tūc demū uultumqꝫ ceres: mētemqꝫ recepit
Impoſuitqꝫ ſuæ ſpicea ſerta comæ.
Largaqꝫ prouenit ceſſatis meſſis in aruis
Et uix congeſtas area cæpit opes.
Alba decet cererē ueſtis: cerealibꝰ albas
Sumite: nunc pulli uelleris uſus abeſt.
Occupat aprilis idꝰ cognomine uictor
Iuppiter: hac illi ſunt data templa die.
Hac quoqꝫ ni fallor populo digniſſima noſtro
Atria libertas cœpit habere ſua.
Luce ſecutura tutos pete nauita portꝰ
Ventꝰ ab occaſu grādine miſtꝰ erit.
Sit licet: & fuerit: tamē hac mutinēſia cæſar
Grandine militia contudit arma ſua.
Tertia poſt ueneris quom lux ſurrexerit idꝰ:
Pontifices forda ſacra litate boue.
Forda ferēs bos eſt: foecundaqꝫ dicta ferendo

Hinc etiam foetꝰ nomen habere putant.
Nūc grauidū pecꝰ ē: grauidæ q̊qꝫ ſemina terræ.
Telluri plenae uictima plena datur.
Pars cadit arce iouis. terdenas curia uaccas
Accipit: & largo ſparſa cruore madet.
Aſt ubi uiſceribꝰ uitulos rapuere miniſtri
Sectaqꝫ fumoſiſ exta dedere focis:
Igne cremat uituloſ quae natu maxima uirgo ē.
Luce palis: populos purget ut ille cinis.
Rege numa fructu non reſpondēte labori:
Irrita decepti uota colentis erant.
Nā mō ſiccꝰ erat gelidis aqlonibꝰ annus:
Nunc ager aſſidua luxuriabat aqua.
Sæpe ceres primis dominū fallebat ī hærbis:
Et leuis obſeſſo ſtabat auena ſolo.
Et pecꝰ ante diem partꝰ edebat acerbos:
Agnaqꝫ naſcendo ſaepe necabat ouem.
Sylua uetꝰ nullaqꝫ die uiolata ſecuri
Stabat menalio ſacra relicta deo.
Ille dabat tacitis animo reſponſa quieto
Noctibꝰ: hic geminas rex numa mactat oues.
Prima cadit fauno: leui cadit altera ſomno:
Sternitur in duro uellus utrūqꝫ ſolo.
Bis caput intonſum fontana ſpargitur unda:
Bis ſua faginea tempora fronde tegit.
Vſus abeſt ueneriſ: nec fas animalia menſis
Ponere: nec digitis anulus ulluſ ineſt.
Veſper ubi eſt tectus: ſupra noua uellera cōpus
Ponit: adorato per ſua uerba deo.
Interea placidam redimita papauera frontem
Nox uenit: & ſecum ſomnia nigra trahit.
Faunus adeſt: ouiūqꝫ premēſ pede uellera duro
Edidit a dextro talia uerba toro.
Morte boum tibi rex tellus placanda duarum:
Detqꝫ ſacris animaſ una iuuenca duas.
Excutitur terrore quies: numa uiſa reſoluit:
Et ſecum ambageſ: caecaqꝫ iuſſa refert.
Expedit errantem nemori gratiſſima coniunx:
Et dixit: grauidae poſceris exta bouis.

Exta bouis grauidae dātur:fœcūdior ān9
Prouenit:& fructum terra pec9qꝫ ferunt.
Hāc quōdam cytherea diē ꝓperanti9 ire
Iuſſit:& admiſſos praecipitauit equos.
Vt titulum īperii q̄primum luce ſequenti
Auguſto iuueni ꝓſpera bella darent.
Sed iā praeteritas quart9 tibi luciſer id9
Reſpicit:hac hyades dorida nocte tenent.
Tertia poſt hyadas quom lux eīt ōta remotas:
Carcere partitos circ9 habebit equos.
Cur igitur miſſae iunctis ardētia taedis
Terga ferant uulpes:cauſa docenda mihi eſt.
Frigida carſeolis nec oliuis apta ferendis
Terra:ſed ad ſegetes ingenioſus ager.
Hac ego pelignos natalia rura petebā
Parua:ſed aſſiduis obuia ſemper aquis.
Hoſpitis antiqui ſolitas ītrauim9 ædes:
Dēpſerat emeritis iam iuga phoeb9 equis.
Is mihi multa quidē ſed & hæc nārare ſolebat:
Vnde meū præſens inſtrueretur op9.
Hoc ait ī cāpo:cāpūqꝫ oſtendit:habebat
Rus breue cum duro parca colona uiro.
Ille ſuam pagebat humū:ſiue uſus aratri
Seu curuæ falcis:ſiue bidentis erat.
Hæc modo uerrebat cū raro pectine pratū:
Nūc matris plumis oua fouenda dabat.
Aut uirides maluas:aut fungos colligit albos:
Aut humilē prato calfacit igne focū.
Et tamen aſſiduis exercet brachia telis:
Aduerſuſqꝫ minas frigoris arma parat.
Fili9 hui9 erat primo laſciu9 in æuo:
Addideratqꝫ annos ad duo luſtra duos.
Is capit extremi uulpē cōualle ſalicti:
Abſtulerat multas illa cohortis aues.
Captiuā ſtipula foenoqꝫ inuoluit:& ignes
Admouet:urentes effugit illa man9.
Qua fugit:īcēdit ueſtitos meſſib9 agros:
Dānoſis uires ignib9 aura dabat.
Factū abiit:monumēta manent:nā dicere certā

Nunc quoqꝫ lex uulpem cãſeolana uetat.
Vtqꝫ luat poenas genꝰ hoc cerealibꝰ ardet:
Quoqꝫ modo ſegetes perdidit: illa perit.
Proxima quom ueniet terras uiſura patentes
Menonis in roſeis luthea mater equis:
De duce lanigeri pecoris qui perdidit hellen
Sol abit: egreſſo uictima maior adeſt.
Vacca ſit an taurus nõ ẽ cognoſcere promptũ
Pars prior apparet: poſteriora latent.
Seu tamẽ ẽ taurꝰ ſiue hoc ẽ foemina ſignum:
Iunone inuita munꝰ amoris habet.
Nox abiit: oriturqꝫ aurora: palilia poſcor.
Non poſcor fruſtra: ſi fauet alma pales.
Alma pales faueas paſtorũ ſacra canenti:
Proſequor officio ſi tua facta meo.
Certe ego de uitulo cinerem ſtipulamqꝫ fabaleꝫ
Sæpe tuli plena februa toſta manu.
Certe ego tranſilii poſitas ter in ordine flãmas
Vdaqꝫ rorales laurea miſit aquas.
Mota dea eſt: operiqꝫ fauet. naualibꝰ exit.
Puppis: habent uentos iam mea uela ſuos.
I pete uirginea populus ſuffimen ab ara
Veſta dabit: ueſtæ munere purꝰ eris.
Sanguis equi ſuffimen erit: uituliqꝫ fauilla
Tertia res duræ culmen inane fabæ.
Paſtor oues ſaturas ad prima crepuſcula luſtret:
Vnda prius ſpargat: uirgaqꝫ uerrat humũ.
Frondibꝰ & fixis decorentur ouilia ramis:
Et tegat ornatas longa corona fores.
Cerulei fiant puro de ſulphure fumi:
Tactaqꝫ fumanti ſulphure balet ouis.
Vre mares oleas tædãqꝫ hærbasqꝫ ſabinas:
Et crepet in mediis laurus aduſta focis.
Libaqꝫ de milio milii fiſcella ſequatur.
Ruſtica præcipue ẽ hoc dea læta cybo.
Adde dapes ĩ utrũqꝫ ſuas dapibꝰqꝫ refectis
Sylui colam tepido lacte precare palem.
Conſule dic pariter pecori: pecõisqꝫ magiſtris:
Effugiat ſtabulis noxa repulſa meis.

Siue ſacra paui.ſedi ue ſub arbore ſacra
  Pabulaq; in buſtis inſcia carpſit ouis.
Seu nem⁹ intrauit uetitũ:noſtris ue fugatæ
  Sunt oculis nymphæ:ſemicaperq; deus.
Si mea falx ramo lucum ſpoliauit opaco
  Vnde data ẽ aegre faſcina frondis oui
Da ueniam culpae:nec dum degrandinat:obſit
  Agreſti fauno ſuppoſuiſſe pecus.
Nec noceat turbaſſe lacus:ignoſcite nymphae
  Mota quod obſcuras uirgula fecit aquas.
Tu dea pro nobis fontes:fontanaq; placas
  Numina:tu ſparſoſ per nem⁹ omne deos.
Nec dryades.nec nos uideam⁹ labra dianæ.
  Nec faunũ medio cũ p̃mit arua die
Pelle ꝓcul morbos:ualeãt homineſq; gregeſq;:
  Et ualeant uigiles prouida turba canes.
Ne ue min⁹ multo redigã q̃ mane fuerunt
  Ne ue gemã referẽs uellera rapta lupo.
Abſit iniqua fames:hærbæ:frõdeſq; ſuperſint
  Quæq; lauent art⁹:quæq; bibantur aquæ.
Vbera plena p̃mam:referat mihi caſeus æra
  Dentq; uiam liquido uimina rara ſero.
Sitq; ſalax aries:conceptaq; ſemina coniunx
  Reddat:& in ſtabulis multa ſit agna meis.
Lanaq; ꝓueniat nullas læſura puellas
  Mollis:&ad teneras q̃libet apta man⁹.
Quæ p̃cor eueniant.& uos faciatis ad annum
  Paſtorũ dominae grandia liba pali.
His dea placãda eſt:haec tu cõuerſus ad õt⁹
  Dic quater:& uiuo perlue rore man⁹.
Dũ licet appoſita ueluti cratere camela
  Lac niueum potes purpureamq; rapam
Moxq; per ardẽtes ſtipulae crepitãtis aceruos
  Trãſilias celeri ſtrenua mẽbra pede.
Expoſit⁹ mos eſt moris mihi reſtat origo
  Turba facit dubium:coeptaq; noſtra tenet.
Omnia purgat edax ignis:uitiumq; metallis
  Excoqnit.iccirco cum duce purgat oues.
An quia cũctarũ cõtraria ſemina rerum

Sunt duo: diſcordes ignis & unda dei:
Iūxerūt elementa patres: aptūq; putarunt
Ignib9: & ſparſa iungere corp9 aqua.
An ꝙ in bis uitæ cauſa ē: bæc perdidit exul
His noua fit cōiunx: bæc duo magna putant
Vix equidē credo. ſunt qui phaetōta referri
Credāt & nimias deucalionis aquas.
Pars quoq; cū ſaxis paſtores ſaxa feribant:
Scitilam ſubito proſiluiſſe ferunt.
Prima quidē periit: ſtipulis excepta ſecunda eſt.
Hoc argumentū flama palilis babet.
An magis būc morē pietas æneia fecit:
Innocuum uicto cui dedit ignis iter?
Hoc tamē eſt uero ꝓpi9 cū condita roma eſt:
Trāſferri iuſſos in noua tecta lares
Mutantesq; domū tectis agreſtib9 ignem:
Et ceſſaturæ ſupoſuiſſe caſæ.
Per flāmas ſaliiſſe pec9: ſaliiſſe colonos.
Quod fit natali nūc quoq; roma tuo.
Ipſe locū caſus uati facit: urbis origo
Venit: ades factis magne quirine tuis.
Iā luerat poenas frater numitoris: & omne
Paſtoꝝ gemino ſub duce uulg9 erat.
Cōtrabere agreſtes: & moenia ponere utriq;
Cōuenit: ambigitur moenia ponat uter:
Nō op9 eſt dixit certamine romulus ullo.
Magna fides auiū eſt experiamur aues.
Res placet. alter init nemoroſi ſaxa palati:
Alter auētinū mane cacumen adit.
Sex rem9 bic uolucres: bis ſex uidꝫ ōdie frater.
Statur: & arbitrium romulus urbis babet.
Apta dies legitur quæ moenia ſignet aratro:
Sacra pales aderat. inde mouetur op9.
Foſſa fit ad ſolidū: fruges iaciūtur in ima:
Et de uicino terra petita ſolo.
Foſſa repletur bumo. terræq; inponitur ara.
Et nou9 accenſo funditur igne rog9.
Inde pmēs ſtiuam ſignauit moenia ſulco.
Alba iugū niueo cū boue uacca tulit.

Vox fuit hæc regis cōdētis: iuppiter urbē
Et genitor mauors: ueſtaq; mater ades.
Quosq; pium ē adhibere deos. aduertite cūcti
Auſpicibuſ uobis hoc mihi ſurgat opus.
Longa ſit huic ætas. dominæq; potentia terræ:
Sitq; ſub hac oriens occiduusq; dies.
Ille precabatur: tonitru dedit omina leuo
Iuppiter: & leuo fulmina miſſa polo.
Augurio læti iaciūt fundamina ciues:
Et nouus exiguo tempore murus erat.
Hoc celer urget op⁹ quē romulus ipſe uocarat:
Sintq; celer curæ dixerat iſta tuæ.
Ne ue qs aut muros: aut factā uomere foſſam
Tranſeat. audentem talia dede neci.
Quod rem⁹ ignorans humiles cōtēnere muros
Coepit: & his populus dicere tut⁹ erit?
Nec mora tranſiliit: retro celer occupat auſum:
Ille premit duram ſanguinolentus humum.
Hæc ubi rex didicit lachrymas ītrōs⁹ abortas
Deuorat: & clauſum pectore uuln⁹ habet.
Flære palam nō ult. exēplaq; fortia ſeruat.
Sicq; meos muros tranſeat hoſtis ait.
Dat tamen exeqas. nec iā ſuſpendere flætum
Suſtinet. & pietas diſſimulanda patet.
Oſculaq; applicuit poſito ſuprema feretro
Atq; ait inuito frater adempte uale.
Arſurosq; artus unxit. fecere qđ ille.
Fauſtuluſ. & moeſtas acca ſoluta comas.
Tūc iuuenes nōdū facti flæuere quirites:
Vltima plorato ſubdita flama rogo eſt.
Vrbſ oritur qs tūc hoc illi credere poſſet
Victorem terris impoſitura pedem.
Cūcta regas & ſis ſub magno cæſare ſemper:
Sæpe etiam plures nominis huius habe.
Et quotiēs ſteteris domito ſublimis in orbe:
Omnia ſint humeris inferiora tuis.
Dicta pales nobis: idem uinalia dicam.
Vna tamen media ē inter utrunq; dies.
Numina uulgares ueneris celebrate puellæ

Multa profeſſarum quæſtib9 apta uenus.
Poſcite thure dato fōmā populiq; fauorem
Poſcite blanditias dignaq; uerba ioco.
Cūq; ſua dominæ date grata ſiſimbria myrto
Textaq; compoſita iuncea uincla roſa.
Templa frequentari collinae proxima portae
Nunc decet: a ſiculo nomina colle tenet.
Vtq; ſyracuſas aretuſidas abſtulit armis
Claudius: & bello te quoq; caepit erix.
Carmine iuuacis uen9 ē trāſlata ſybillæ:
Inq; ſuae ſtirpis maluit urbe coli.
Cur igitur feſtum ueneris uinalia dicant
Quæritis & quare ſit iouis iſta dies.
Turnus an aeneas latiae gener eſſet amatae
Bellū erat. etruſcas turn9 adorat opes.
Clar9 erat ſumptisq; ferox mezēti9 armis:
Et uel equo magnus uel pede maior erat.
Quē rutulus turn9q; ſuis aſciſcere tentant
Partib9. haec contra dux q̊q; thuſcus ait
Stat mihi nō paruo uirt9 mea. ulnera teſtor
Armaq; quae ſparſi ſanguine ſaepe meo.
Qui petis auxilium nō grandia diuide mecū
Praemia de lacubus ꝓxima muſta tuis
Nulla mora eſt operi. ueſtrū ē dare: uīcere noſtꝝ.
Quam uelit aeneas iſta negata mihi.
Annuerant rutuli. mezentius induit arma
Induit aeneas: alloquiturq; iouem.
Hoſtica tyrrheno uota ē uindemia regi
Iuppiter e latio palmite muſta feres.
Vota ualent meliora. cadit mezentius ingens.
Atq; indignanti pectore plangit humum.
Venerat autūnus calcatis ſordibus uuis:
Redduntur merito debita uina ioui.
Dicta dies hīc ē uinalia. iuppiter illa
Vendicat. & feſtis gaudet ineſſe ſuis.
Sex ubi : quae reſtant luces: aprilis habebit:
In medio curſu tempora ueris erunt.
Et fruſtra pecudem quaeres athamātidoſ helles
Signa que dant imbres: exoriturq; canis.

Hac mihi nomēto romā cum luce redirem.
Obſtitit in media candida turba uia.
Flamen ī antiquæ lucum rubiginis ibat
Exta canum flāmis exta daturꝰ ouis.
Protinꝰ acceſſi.ritꝰ ne neſciꝰ eſſem.
Edidit hæc flamen uerba quirine tuus.
Aſpera rubigo parcas cerealibꝰ hærbis:
Et tremat in ſumma lene cacumē humo.
Tu ſata ſyderibꝰ coeli nutrita ſecundi
Creſcere dū fiant falcibꝰ apta ſinas.
Vis tua non leuis eſt:quæ tu frumenta notaſti:
Moeſtꝰ ī amiſſis illa colonꝰ habet.
Nec uēti tātū cereri nocuere:nec hymbres:
Nec ſic marmoreo pallet aduſta gelu:
Quātū ſi culmos titan īcalfacit udos.
Tūc locꝰ eſt irae diua timenda tuae.
Parce p̄cor:ſcabrasqꝫ manꝰ a meſſibꝰ aufer
Ne ue noce cultis:poſſe nocere ſat eſt.
Nec teneras ſegetes ſed diua āplectere ferrum
Quodqꝫ poteſt alios perdere:perde prior.
Vtiliꝰ gladios & tela nocentia carpes.
Nil opꝰ eſt illis ocia mundꝰ agit.
Sarcula nūc durꝰqꝫ bidēs & uomer adūcꝰ
Ruris opes niteāt:inquīet arma ſitꝰ.
Conatꝰqꝫ aliquis uagina ducere ferrum
Aſtrictū longa ſentiat eſſe mora.
At tu ne uiola cererem:ſempqꝫ colonꝰ
Abſenti poſſit ſoluere uota tibi.
Dixerat.a dextra uillis mantile ſolutis
Cūqꝫ meri patera thuris acerra fuit.
Thura focis uinūqꝫ dedit fibraſqꝫ bidentis:
Turpiaqꝫ obſcenæ uidimꝰ exta canis.
Tū mihi cur detur ſacris noua uictima quaeris.
Quaeſieram.cauſam perfice flamen ait.
Et canis.icarium dicunt:quo ſydere moto
Toſta ſiti eſt tellus:p̄ripiturqꝫ ſeges.
Pro cane ſydereo:canis hic imponitur arae.
Et quare fiat nil niſi nomen habet.
Cum phrygis aſſaraci thitonia fratre relicto

Bis tulit īmenſo ter iubar orbe ſuum.
Mille uenit uariis florū dea nexa coronis.
Scena ioci morem liberioris habet.
Exit & in maias feſtum florale calendas
Tunc repetaꝫ: nūc me grandius urget opꝰ.
Aufert ueſta diem: cognati ueſta recepta ē
Limine: ſic iuſti conſtituere patres.
Phoebꝰ habet patrem: ueſte pars altera ceſſit.
Quod ſupereſt illi tertius ip̄e tulit.
State paletinae laurus: praetextaq; quercus
Stet. domus æternoſ tres habet una deos.

QVAERITIS VNde putem maio data nomina menſi.
Non liquido ſatis eſt cognita cauſa mihi.
Vt ſtat: & incertuſ qua ſit ſibi neſcit eundum:
Cum uidet ex omni parte uiator iter.
Sic quia poſſe datur diuerſas reddere cauſaſ:
Quo ferar ignoro: copiaq; ip̄a nocet.
Dicite quae fontes aganippidoſ hippocreneſ
Grata meduſei ſigna tenetiſ equi.
Diſſenſere deæ. quarū polymnia coepit
Prima ſilent aliae dictaq; mente notant
Poſt chaos ut primū data ſunt tria cōpōa mūdo
Inq; nouas ſpecies omne receſſit opus:
Pondere terra ſuo ſubſedit & aequorā traxit.
At coelum leuitas in loca ſumma tulit.
Sol quoq; cum ſtelliſ nulla grauitate retentus:
Et uos lunares exiluiſtiſ equi.
Sed neq; terra diu coelo: neq; cætera phoebo
Sydera cedebant: par erat omnis honor.
Sæpe aliquis ſolio: quod tu ſaturne tenebas:
Auſus de media plebe ſedere deus.
Et latus oceano quiſq̄ deus aduena iunxit
Et tethys extremo ſaepe recepta loco eſt.
Donec honor placidoq; decenſ reuerentia ultu

Corpora legitimis impoſuere toris.
Hīc ſata maieſtas:quæ mūdū tēperat omnem.
Quaq; die partu ē edita magna fuit.
Nec mora conſedit medio ſublimis olympo
Aurea purpureo conſpiciēda ſinu.
Conſedere ſimul pudor & met9.omne uideres
Numen ad hanc uult9 compoſuiſſe ſuos.
Protin9 intrauit mētes ſuſpectus honorum.
Fit preciū dignis.nec ſibi quiſq; placet.
Hic ſtat9 in coelo multos pmanſit in annos:
Dum ſenior fatis excidit arce deus.
Terra ferox part9 īmania monſtra gigantes
Edidit auſuros in iouis ire domum.
Mille man9 illis dedit:& pro currib9 angues
Atq; ait in magnos arma mouete deos.
Extruere hi mōtes ad ſydera ſumma parabant
Et magnū bello ſollicitare iouem.
Fulmina de coeli iaculatus iuppiter arce
Vertit in auctores pondera uaſta ſuos.
His bn̄ maieſtas armis defenſa deorum
Reſtat:& ex illo tempore culta manet
Aſſidet inde ioui .iouis ē fidiſſima cuſtos.
Et præſtat ſine ui ſceptra tenere ioui.
Venit & in terras.coluerūt romulus illam
Et numa:mox alii tempore quiſq; ſuo.
Illa patres in honore pio matresq; tuetur:
Illa comes pueris uirginib9q; uenit.
Illa datos faſces cōmendat æburq; curulæ:
Illa coronatis alta triumphat equis.
Finierat uoces polymnia.dicta probarūt
Clyoq; & curuæ ſcita talia lyræ.
Excipit uranie .fecere ſilentia cunctæ.
Et uox audiri nulla niſi illa poteſt.
Magna fuit capitis quondam reuerentia cani:
Inq; ſuo precio ruga ſenilis erat.
Martis op9 iuuenes animoſaq; bella gerebant:
Et pro diis aderant in ſtatione ſuis.
Viribus illa minor nec habendis utilis armis
Conſilio patriæ ſæpe ferebat opem.

Nec niſi poſt ãnos patuit tũc curia ſeros:
Nomen & ætatis mite ſenatꝰ habet.
Iura dabat populo ſenior.finitaq; certis
Legibꝰ ẽ ætas:unde petatur honos.
Et mediꝰ iuuenũ non ĩdignãtibꝰ ipſis
Ibat:& interior ſi comes unꝰ erat.
Verba quis auderet corã ſene digna rubore
Dicere? cẽſurã longa ſenecta dabat.
Romulus hoc uidit:delectaq; corpora patres
Dixit:ad hos urbis ſumma relicta nouæ eſt.
Hĩc ſua maiores tribuiſſe uocabula maio
Tãgor:& ætati cõſuluiſſe ſuae.
Et numitor dixiſſe poteſt da romule mẽſem
Hũc ſenibꝰ:nec auum ſuſtinuiſſe nepos:
Nec leue ꝓpoſituꝫ pignꝰ ſucceſſit amoris:
Iuniꝰ a iuuenum nomine dictꝰ adeſt.
Tũc ſis neglectos hedera redimita capillos
Prima ſui cœpit calliopeia chori.
Duxerat oceanꝰ quõdã titanida tethyn.
Qui terrã liquidis qua patet ãbit aquis.
Hĩc ſata pleione cum coelifero athlante
Iungitur:ut fama eſt: pleiadesq; parit
Quaꝝ maia ſuas forma ſupaſſe ſorores
Traditur & ſummo cõcubuiſſe ioui
Hæc enixa iugo cup̃ſſiferæ cilenes
Aetherium uolucri qui pede carpit iter.
Archades hunc ladõq; rapax & menalus ĩgẽs
Rite colunt:luna credita terra prior.
Exul ab archadia latios euander in agros
Venerat ĩpoſitos attuleratq; deos.
Hic ubi nũc roma ẽ orbis caput:ãbõ & hærbæ
Et paucæ pecudes & caſa rara fuit.
Quo poſtq̃ uẽtum eſt:cõſiſtit præſcia mater.
Nam locꝰ imperii rus erit iſtud ait.
Et matri & uati paret nonacriꝰ heros:
Inq; peregrina cõſtitit hoſpes humo.
Sacraq; multa q̄dem:ſed fauni prima bicornis
Has docuit gẽtes alipedíſq; dei.
Semicap coleris ſuccinctis faune lupercis

Colluſtrant celebreſ uerbera ſecta uiaſ.
At tu materno donaſti nomine menſem
Inuentor curuae furibus apte fidis.
Nec pietas haec prima fuit.ſeptena putaris
Pleiadum numero fila dediſſe lyrae.
Haec quoq3 deſierat.laudata ē uoce ſororum
Quid faciam?turbae pars habet omnis idem
Gratia pieridum uobis aequaliter adſit.
Nullaq3 laudetur plus ue minꝰ ue mihi.
A ioue ſurgat opꝰ.prima mihi nocte uidenda
Stella ē in cunis officioſa iouis.
Naſcitur oleniae ſignum pluuiale capellae:
Illa dati coelum premia lactis habet.
Nais amaltea cretaea nobilis ida
Dicitur in ſyluis occuluiſſe iouem.
Huic fuit hedorum mater formoſa duoruʒ
Inter dictaeos conſpicienda greges.
Cornibus aeriis atq3 in ſua terga recuruis
Vbere ꝙ nutrix poſſet habere iouis.
Lac dabat illa deo:ſed fregit in arbore cornū
Trūcaq3 dimidia parte decoris erat.
Suſtulit hoc nymphe cīxitq3 decētibꝰ herbis
Et plenū pomis ad iouis ora tulit.
Ille ubi res coeli tenuit:ſolioq3 paterno
Sedit:& ī uicto nil ioue maiꝰ erat:
Sydera nutricē nutricis fertile cornu
Fecit.ꝙ dominæ nūc quoq3 nomen habet.
Præſtitibꝰ maiæ laribꝰ uidere calendæ.
Arā cōſtitui:paruaq3 ſigna deum.
Ara erat illa quidē curibꝰ:ſed lōga uetuſtas
Deſtruit:& ſaxo longa ſenecta nocet.
Cauſa tamē poſiti fuerat cognominis illis:
Quod præſtāt oculis omnia tuta ſuis.
Stant quoq3 ꝓ nobis:& ꝓſunt moenibꝰ urbis
Et ſunt præſentes auxiliūq3 ferunt.
Et canis āte pedes ſaxo fabricatꝰ eodem
Stabat.quæ ſtandi cū lare cauſa fuit?
Seruat uterq3 domū:domino q̊q3 gratꝰ uterq3
Cōpita grata deo: cōpita grata cani.

Exagitant & lar & turba diania fures:
Peruigilantq; lares: peruigilantq; canes:
Bina gemelloꝝ quærebã ſigna deorum
Vſib9 annoſæ facta caduca moræ:
Mille lares geniũq; ducis qui tradidit illos
Vrbs habet & uici numina trina colunt.
Quo feror? auguſt9 mẽſis mihi carminis hui9
Ius habet. interea diua canenda bona eſt.
Eſt moles natiua loco. res nomina fecit
Appelant ſaxũ. pars bona montis ea eſt
Hic rem9 inſtiterat fruſtra: quo tẽpore fratri
Regna palatinæ prima dediſtis aues.
Tẽpla patres illic oculos exoſa uiriles
Leniter accliuo conſtituere iugo.
Dedicat hoc ueteris craſſoꝝ nominis hæres
Virgineo nullũ corpore paſſa uirum.
Liuia reſtituit: ne non imitata maritũ:
Eſſet: & ex omni parte ſecuta uirum.
Poſtera quom roſeã. pulſis hyperionis aſtris
In matutinis lampada tollet equis:
Frigid9 algeſtis ſummas mulcebit ariſtas:
Candidaq; a capreis uela dabuntur aquis.
At ſimul iducẽt nocturna crepuſcula noctem:
Pars hyadũ toto de grege nulla latet.
Ora micant tauri: ſeptẽ radiantia flãmis:
Nauita quas hyadas grai9 ab imbre uocat.
Pars bacchũ nutriſſe putat: pars credidit eſſe
Tethidos has neptes oceaniq; ſenis.
Nõdũ ſtabat atlas humeros onerat9 olympo
Quom ſat9 eſt forma conſpiciend9 hyas
Hũc ſtirps oceani maturis nixib9 æthra
Edidit & nymphas ſed prior ort9 hyas.
Dũ noua lanugo: pauidos formidine ceruos
Terret: & eſt illi præda benigna lep9.
At poſtq̃ uirt9 ãnis adoleuit: in apros
Audet & hirſutas comin9 ire leas.
Dũq; petit latebras foetæ catuloſq; leenæ:
Ipſe fuit libycæ præda cruenta leæ.
Mater hyã: & hyã moeſtæ fleuere ſorores

Ceruicemqꝫ polo ſuppoſiturꝰ atlas.
Victꝰ uterqꝫ parēs tamen ē pietate ſoroꝝ.
Illa dedit cœlū:nomina fecit hyas.
Mater ades floꝝ ludis celebrata iocoſis
Diſtulerā partes mēſe priore tuas.
Incipis aprili tranſis in tempora maii.
Alter te fugiens quom uenit alter habet.
Quom tua ſint cedātqꝫ tibi cōfinia menſum:
Conuenit in laudes ille uel ille tuas.
Circꝰ ī hunc exit clamataqꝫ palma theatris
Hoc quoqꝫ cū circi munere carmen eat.
Ipſa doce quæ ſcis hominū ſentētia fallax.
Optima tu ꝓprii nominis auctor eris.
Sic ego:ſic noſtris reſpondit diua rogatis.
Dum loquitur:uernas afflat ab ore roſas.
Gloris erā: quæ flora uocor:corrupta latino
Nominis eſt noſtri littera græca ſono.
Gloris erā nymphe cāpi foelicis:ubi audis
Rem fortunatis ante fuiſſe uiris.
Quæ fuerat mihi fōma graue ē nārare modeſte:
Sed generum matri reperit illa deum.
Ver erat.errabam.zephyrꝰ cōſpexit.abibam.
Inſequitur.fugio.fortior ille fuit.
Et dederat fratri boreas ius omne rapinæ.
Auſus erithea præmia ferre domo.
Vim tamē emendat dādo mihi nomina nuptæ:
Inqꝫ meo non eſt ulla querella toro.
Vere fruor ſemp:ſemper nitidiſſimꝰ annꝰ
Arbor habet frondes:pabula ſemp humꝰ.
Eſt mihi foecūdꝰ dotalibꝰ hortꝰ in agris
Aura fouet:liquidæ fonte rigantur aquæ.
Hūc meus impleuit generoſo flore maritꝰ.
Atqꝫ ait:arbitriū tu dea floris habe.
Sæpe ego digeſtos uolui numerare colores.
Non potui:numero copia maior erat.
Roſida quom primū foliis excuſſa pruina eſt:
Et uariæ radiis intepuere comae.
Tunc ueniunt pictis incinctæ ueſtibꝰ horae:
Inqꝫ leues calathos munera noſtra legunt

Protinꝰ accedunt charites nectuntqꝫ coronas:
Sertaqꝫ coeleſtes implicitura comas.
Prima per immenſas ſpãſi noua ſemina terras.
Huius egens tellus ante coloris erat.
Prima teramneo feci de ſanguine florem:
Et manet in folio ſcripta querela ſuo.
Tu quoqꝫ nomen habes cultos narciſe ꝑ agroſ
Infoelix: qđ non alter & alter eras.
Quid crocon: aut acin referã: cinaraqꝫ creatum?
De quorum per me ſanguine ſurgit honor.
Mars quoqꝫ: ſi neſcis: ꝑ noſtras editꝰ artes.
Iuppiter hoc ut adhuc neſciat uſqꝫ precor.
Sancta iouem iuno: nata ſine matre minerua:
Officio doluit non eguiſſe ſuo.
Ibat ut oceano quereretur facta mariti.
Reſtitit ad noſtras feſſa labore fores.
Q uam ſimul aſpexi: quid te ſaturnia dixi
Attulit? exponit quem petit ille locum.
Addidit & cãm: uerbis ſolabar amicis
Nec inquit uerbis cura leuanda mea eſt.
Si pater eſt factus: neglecto coniugis uſu:
Iuppiter: & ſolus nomen utrũqꝫ tenet.
Cur ego deſperem fieri ſine coniuge mater?
Et parere intacto: dummodo caſta uiro?
Omnia tentabo latis medicamina terris
Et freta. tartareos excutiamqꝫ ſinus.
Vox erat in curſu: uultũ dubitantis habebam.
Neſcio quid nymphæ ſcire uidetis ait.
Ter uolui promittere opẽ: ter lingua retenta eſt.
Ira iouis magni cauſa timoris erat.
Fer precor auxilium dixit: coelabitur auctor:
Et ſtygiæ nomen teſtificabor aquae
Quod petis oleneis inq̃ tibi miſſus ab aruis
Flos dabit: eſt hortis unicus ille meiſ.
Qui dabit hoc dixit: ſterilem q̊qꝫ tãge iuuẽcã
Mater erit. tetigi. nec mora mater erat.
Protinus haerentẽ decerpſit pollice florem
Tangit. & e tacto concipit illa ſinu.
Iamqꝫ grauis thracem & leua ꝓpontidos itrat:

Fitq; potens uoti: marsq; creatus erat.
Qui memor accepti per me natalis: habeto
Tu quoq; romulea dixit in urbe locum.
Forſitan in teneris tm̄ mea regna coronis
Eſſe putas. tangit numen & arua meum.
Si bene floruerint ſegetes: erit area diues.
Si bene floruerit uinea: bacchus erit.
Si bene floruerint oleae: nitidiſſimus annuſ.
Poma quoq; euentum temporis hui9 habēt.
Flore ſimul laeſo pereūt uiciaeq; fabaeq;.
Et pereūt lentes aduena nile tuae.
Vina q̊q; in magnis operoſe condita cellis
Florent. & nebulae dolia ſumma tegunt.
Mella meū mun9. uolucres ego mella daturas
Ad uiolam. & cytiſos & tima cana uoco.
Nos quoq; idē facim9: tūc cū iuuenilib9 ānis
Luxuriāt animi: corporaq; ipſa uigent.
Talia dicētem tacit9 mirabar. at illa
Ius tibi dicendi eſt: ſi qua requiris: ait.
Dic dea reſpondi: ludoꝝ quae ſit origo.
Vix bene deſieram. retulit illa mihi.
Caetera luxuriae nōdū īſtrumenta uigebant.
Aut pec9. aut latam diues habebat humū.
Hinc etiā locuples: hinc ipſa pecunia dicta eſt.
Sed iā de uetito quiſq; parabat opes.
Venerat in morē populi depaſcere ſalt9
Idq; diu licuit pœnaq; nulla fuit.
Vindice ſeruabat nullo ſua publica uulg9:
Iā q; in priuato paſcere inertis erat.
Plebis ad aediles perducta licentia talis
Publicios. anim9 defuit ante uiris.
Rē populus recipit. mulctam ſubiere nocētes:
Vīdicib9 laudi publica cura fuit.
Mulcta data eſt ex parte mihi: magnoq; fauore
Victores ludos inſtituere nouos.
Parte locāt cliui. qui tūc erat ardua rupes:
Vtile nūc iter ē: publiciūq; uocant.
Annua crediderā ſpectacula facta. negauit
Addidit & dictis altera uerba ſuis.

Nos q̃q; tãgit honos.feſtis gaudem⁹ & aris:
  Turbaq; cœleſtes ambitioſa ſum⁹.
Sæpe deos aliq̃s peccando fecit iniquos.
  Et pro delictis hoſtia blanda fuit.
Sæpe iouẽ uidi:quom iã ſua mittere uellet
  Fulmina:thure dato ſuſtinuiſſe manum.
At ſi negligimur:magnis iniuria poenis
  Soluitur: & iuſtum præterit ira modum.
Reſpice teſtiaden flammis abſentibus arſit.
  Cauſa eſt :ꝙ phebes ara ſine igne fuit.
Reſpice tantaliden.eadem dea uela tenebat.
  Virgo eſt:& ſpretos bis tamen ulta focos.
Hippolyte infoelix uelles coluiſſe dionem:
  Quom conſternatis dirripereris equis.
Longa referre mora ẽ collecta obliuia dãnis.
  Me quoq; romani præteriere patres.
Quid facerẽ?per qđ fierẽ manifeſta doloris?
  Exigerem noſtræ qualia damna notæ?
Excidit officium triſti mihi:nulla tuebar
  Rura:nec in precio fertiliſ hortus erat.
Lilia deciderant.uiolas arere uideres:
  Filaq; punicei languida facta croci.
Sæpe mihi zephyrus dotes cõrumpere noli.
  Ipſa tuas dixit.dos mihi uilis erat.
Florebant oleae uenti nocuere proterui.
  Florebant ſegetes:grandine læſa ſeges.
In ſpe uitis erat :coelũ nigreſcit ab auſtris.
  Et ſubita frondes decutiũtur aqua
Nec uolui fieri nec ſum crudelis in ira:
  Cura repellendi ſed mihi nulla fuit.
Conuenere patres:& ſi bene floreat annus:
  Numinib⁹ noſtris annua feſta uouent.
Annuimus uotis:conſul cũ conſule ludos
  Poſtumio lenas perſoluere mihi.
Quærere conabar quare laſciuia maior
  His foret in ludis:liberiorq; ioc⁹.
Sed mihi ſuccurrit numẽ nõ eſſe ſeuerum:
  Aptaq; deliciis munera ferre deam.
Tempora ſutilib⁹ pinguntur tecta coronis

Et latet iniecta ſplendida menſa roſa.
Ebrius incinctis philtra conuiua capillis
Saltat :& imprudens uertitur arte meri.
Ebrius ad durum formoſæ limen amicæ
Cantat.habent unctæ mollia ſerta comæ.
Nulla coronata peraguntur ſeria fronte
Nec liquidae iuncto flore bibuntur aquae.
Donec eras miſtus nullis acheloe racemis
Gratia ſumendae non erat ulla roſae.
Bacch9 amat flores:baccho placuiſſe corona𝔷.
Ex ariatneo ſydere noſſe potes.
Scaena leuis decet hanc.nõ ẽ:mihi credite:nõ ẽ
Illa cothurnatas inter habenda deas.
Turba quidẽ cur hos celebret meretricia ludos
Non ex difficili cognita cauſa fuit.
Non eſt de tetricis:non ẽ de magna ꝓfeſſis.
Vult ſua plebeio ſacra patere choro.
Et monet ætatis ſpecie:dũ floreat:uti.
Contemnunt ſpinam quom cecidere roſae.
Cur tamen:ut dantur ueſtes cerealibus albae:
Sic eſt ſ𝔷 cultu uerſicolore decens.
An quia maturis albeſcit menſis ariſtis:
Et color & ſpecies floribus omnis ineſt?
Annuit .& motis flores cecidere capillis:
Decidere immenſas ut roſa miſſa ſolet.
Lumina reſtabant:quorum me cauſa latebat:
Quom ſic errores abſtulit illa meos.
Vel quia purpureis collucent floribus agri
Lumina ſunt noſtros uiſa decere dies.
Vel quia nec flos eſt hebeti nec flãma colore:
Atque oculos in ſe ſplendor uterque trahit.
Vel quia deliciis nocturna licentia noſtris
Conuenit .a uero tertia cauſa uenit.
Eſt breue praeterea de quo mihi quaerere reſtat
Si liceat .dixi dixit & illa:lic&.
Cur tibi pro libycis clauduntur raete leaenis
Imbelles capreae ſollicitus que lepus.
Non ſibi reſpondit ſyluas ceciſſe:ſed hortos:
Aruaq; pugnaci non adeunda ferae.

Omnia finierat. tenues ſeceſſit in auras.
  Manſit odor: poſſes ſcire fuiſſe deam.
Floreat ut toto carmen naſonis in æuo:
  Sparge p̃cor donis pectora noſtra tuis.
Nocte minꝰ quarta ꝓdet ſua ſydera chiron
  Semiuir: & flaui corpore miſtꝰ equi.
Pellion æmoniæ mõs ẽ obuerſus in auſtros
  Sũma uirent pinu cætera quercꝰ habet.
Phillyrides tenuit: ſaxo ſtant ãtra uetuſto:
  Quæ iuſtum memorant incoluiſſe ſenem.
Ille manꝰ olim miſſuras hectora læto
  Creditur in lyricis detinuiſſe modis.
Venerat alcides exhauſta parte laboꝝ:
  Iuſſaq; reſtabant ultima pene uiro.
Stare ſimul caſu troiæ duo fata uideres.
  Hinc puer aeacides: hic ioue natꝰ erat.
Excipit hoſpitio iuuenẽ. phillyrıꝰ heros
  Et cauſam aduentꝰ quærit: & ille docet.
Reſpicit interea clauam: ſpoliumq; leonis.
  Virq; ait hic armis: armaq; digna uiro.
Nec ſe: quin hõrẽs auderet tangere ſetis
  Vellus: achilleæ continuere manꝰ.
Dũq; ſenex tractat ſqualentia tela uenenis:
  Excidit: & leuo fixa ſagitta pede eſt.
Ingemuit chiron: traxitq; a corpore ferrum:
  Et gemit alcides hemoniꝰq; puer.
Ipſe tamen lectas pegaſeis collibꝰ hærbas
  Temperat: & uana uulnera mulcet ope.
Virꝰ edax ſuperabat opẽ: penitꝰq; recepta
  Oſſibꝰ & toto corpore peſtis erat.
Sanguine cẽtauri lerneæ ſanguis echĩnae
  Miſtꝰ: ad auxiliuꝫ tempora nulla dabat.
Stabat ut ãte patrẽ lachrymis ꝑfuſus achilles:
  Sic flendꝰ peleus ſi moreretur erat.
Sæpe manꝰ ægras manibꝰ mulcebat amicis.
  Moꝝ quos fecit præmia doctor habet.
Oſcula ſæpe dedit: dixit quoq; ſæpe iacenti
  Viue p̃cor: nec me care relinque pater.
Nona dies aderat: qnom tu iuſtiſſime chiron

Bis ſeptem ſtellis corpora cinctus eras.
Hūc lyra curua ſequi cuperet:ſʒ idonea nōdū
Eſt uia :nox aptum tertia tempus erit.
Tūc ubi ꝓtulerit formoſa ter heſperꝰ ora
Ter dederit phoebo ſydera iuncta locum.
Ritus erit ueteriſ nocturna lemuria ſacri:
Inferias tacitis manibus illa dabunt.
Annꝰ erat breuior:nec adhuc pia februa norāt.
Nec tu dux menſum iane biformis eras.
Iam tñ extincto cineri ſua dona ferebant:
Compoſitiqꝫ nepos buſta piabat aui.
Menſis erat maius.maiorū nomine dictus:
Qui partem priſci nūc quoqꝫ moris habet.
Nox ubi iam media ē:ſomnūqꝫ ſilentia ꝑbent
Et canis :& uariæ conticuiſtis aues:
Ille memor ritus ueteris timiduſqꝫ deorum
Surgit :habent gemini uīcula nulla pedes.
Signaqꝫ dat digitis medio cum police iūctis:
Occurat tacito ne leuis umbra ſibi.
Quomqꝫ manꝰ puras fontana perluit unda
Vertitur:& nigras accipit ante fabas:
Auerſuſqꝫ iacit:ſed dū iacit:hæc ego mitto:
His inquit:relino meqꝫ meoſqꝫ fabis
Hæc nouies dicit:nec reſpicit ūbra putatur
Colligere :& nullo terga uidente ſequi.
Rurſus aquam tangit tēpſeaqꝫ cōcrepat æra.
Et rogat :ut tectis exeat umbra ſuis.
Quom dixit nouies manes exite paterni:
Reſpicit .& pure ſacra peracta putat.
Dicta ſit unde dies:quæ noīs exter origo
Me fugit .ex aliquo eſt inuenienda deo.
Pleiade nate mone uirga uenerande potentis
Sæpe tibi eſt ſtygii regia uiſa iouis.
Venit adoratꝰ caducifer.accipe cauſam
Nominiſ:ex ipſo eſt cognita cauſa deo.
Romuluſ ut tumulo fraternas abdidit umbras:
Et male ueloci iuſta ſoluta remo:
Fauſtulus infœlix & paſſiſ acca capillis
Spargebant lachrymiſ oſſa per uſta ſuis.

Inde domū redeūt ſub prima crepuſcula moeſti:
Vtq; erat in duro procubuere toro.
Vmbra cruenta remi uiſa eſt aſſiſtere lecto:
Atque haec exiguo murmure uerba loqui.
En ego dimidium uoti pāsq; altera ueſtri:
Cernite ſim qualis: qui modo talis eram.
Qui modo ſi uolucres habuiſſe; regna iubētes:
In populo potui maximus eſſe meo.
Nunc elapſa rogi flāmis & inanis imago:
Haec eſt ex illo forma relicta remo.
Heus ubi mars pater eſt. ſi uos mō uera locuti:
Vbera que expoſitis illa ferina dedit.
Quē lupa ſeruauit: manus hūc temeraria ciuis
Perdidit. o q̄to mitior illa fuit.
Saeue celer: crudelem aīam p uulnera reddas.
Vtque ego ſub terras ſanguinolentus eas.
Noluit hoc frater: pietas aequalis in illo eſt.
Quot potuit lachrymas manibus ille dedit.
Hūc ego p lachrymas p ueſtra alimēta rogate:
Vt celebrem noſtro ſignet honore diem.
Mandātem amplecti cupiūt & brachia tendunt.
Lubrica prenſantes effugit umbra manus.
Viſaq; confugiens ſomnos abduxit imago.
Ad regem uoces fratris uterq; ferunt.
Romulus exequitur luceq; remuria dixit
Illam: qua poſitis iuſta feruntur auis.
Aſpera mutata eſt in lenem tempore longo
Littera: quæ toto nomine prima fuit.
Mox etiam lemures animas dixere ſilentum.
Hic ſenſus uerbi. uis ea uocis erat.
Phana tamen lemures illis clauſere diebus
Vt nūc ferali tempore operta uides:
Nec uiduæ tædis eadem nec uirginis apta
Tempora. quæ nupſit nec diuturna fuit.
Hac quoq; de cauſa: ſi te ꝓuerbia tangunt:
Menſe malas maio nubere: uulgus ait.
Sȝ tamē hæc tria ſunt ſub eodē tēpōe feſta
Inter ſe nulla continuata die.
Quorū ſi mediis boetū oriona quæres:

Falſus eris.ſigni cauſa ſonanda mihi eſt.
Iuppiter:& lato qui regnat in æquore frater
Carpebant ſocias:mercuriꝰq; uias.
Tēpꝰ erat quo uerſa iugo referūtur aratra.
Et ꝓnꝰ ſaturæ lac bibit agnꝰ ouis.
Forte ſenex hileꝰ anguſti cultor agelli
Hos uidet:exiguam ſtabat ut āte caſam.
Atq; ita:lōga uia ē nec tēpera lōga ſupſunt:
Dixit.& hoſpitibꝰ ianua noſtra patet.
Addidit & uultū uerbis.iterumq; rogauit.
Parent ꝓmiſſis:diſſimulātq; deos.
Tecta ſenis ſubeūt nigro deformia fumo.
Ignis in extremo ſtipite paruus erat.
Ipē genu nixus flāmas excuſſit ab aura:
Et promit quaſſas:comminuitq; faces.
Stāt calices:minō īde fabas boluſ alter hēbat:
Et ſpumat teſta preſſus uterq; ſua.
Dūq; mora ē:tremula dāt uina rubētia dextra.
Accipit æquoreꝰ pocula prima deus.
Quæ ſimul exhauſit:da nūc bibat ordine dixit
Iuppiter.audito palluit ille ioue.
Vt rediit animꝰ:cultorē pauperis agri
Imolat:& magno torret in igne bouem.
Quæq; puer quondā primis diffūderat ānis:
Prodit fumoſo condita uina cado.
Nec mora:flumineam lino cœlauerat uluam.
Sic quoq; non altis incubuere toris.
Nūc dape:nūc poſito menſe nituere lieo
Terra rubens crater:pocula fagus erant.
Verba fuere iouis:ſi quid fert īpetus:ora:
Omne feres.placidi uerba fuere ſenis.
Cara fuit coniūx prima mihi cara iuuenta
Cognita:nūc ubi ſit:quaeritis? urna tegit.
Huic ego iuratꝰ uobis in uera uocatis:
Coniugio dixi ſola fruere meo.
Et dixi:& ſeruo.ſed enim diuerſa uoluntas
Eſt mihi.nec coniunx:ſed pater eſſe uolo.
Annuerant omnes:omnes ad terga iuuenci.
Conſtiterant:pudor eſt ulteriora loqui.

Tunc ſuper iniecta texere madentia terra.
Iamq; decem menſeſ.& puer ortus erat.
Tũc bile⁹:quia ſic genit⁹:uocat uriona.
Perdidit antiquũ littera prima ſonum.
Creuerat immẽſuq; .comitẽ ſibi delia ſumpſit.
Ille deæ cuſtos:ille ſatelles erat.
Verba mouent iras nõ circũſpecta deoꝝ.
Quam nequeã dixit uincere:nulla fera eſt.
Scorpion ĩmiſit tellus.fuit impet⁹ illi
Curua gemelliperæ ſpicula ferre deæ.
Obſtitit orion.latona nitentib⁹ aſtris
Addidit.& meriti præmia dixit habe.
Quid?ꝙ & oriõ.& cætera ſydera mũdo
Cedere feſtinãt:noxq; coartat iter.
Quid ſolito citi⁹ liquido iubar æquore tollit
Cãdida luciferꝗ præueniẽte dies?
Fallor?an arma ſonãt?nõ fallimur:ãma ſonabãt.
Mars uenit.& ueniẽs bellica ſigna dedit.
Vltor ad ipſe ſuos cœlo deſcẽdit honores.
Templaq; in auguſto conſpicienda foro.
Et deus eſt ingẽs:& op⁹.debebat in urbe
Non aliter nati mars habitare ſui.
Digna gigãteis hæc ſunt delubra tropheis:
Hic fera gradiuũ bella mouere dec&.
Si quis ab eoo nos impi⁹ orbe laceſſet:
Seu quis ab occiduo ſole domãd⁹ erit.
Perſpicit ãmipotens operis faſtigia ſummi
Et probat in uictos illa tenere deos.
Perſpicit in forib⁹ diuerſæ tela figuræ:
Armaq; terraꝝ milite uicta ſuo.
Hic uidet æneam oneratũ pondere caro:
Et tot iuleæ nobilitatis auos.
Hic uidet iliaden humeris ducis arma ferentẽ:
Claraq; diſpoſitis acta ſubeſſe uiris.
Spectat & auguſto prætextum nomine tẽplũ:
Et uiſum eſt lecto cæſare mai⁹ op⁹.
Vouerat hoc iuuenis tũc:quoq; pia ſuſtulit ãma.
A tãtis princeps incipiend⁹ erat.
Ille man⁹ tendens inſtanti milite iuſto:

Inconiuratos talia dicta dedit.
Si mihi bellandi pater eſt: ueſtæq; ſacerdos
Auctor & ulciſci numen utrūq; paro:
Mars ades: & ſatia ſcelerato ſanguine ferrum:
Stetq; fauor cauſa pro meliore tuus.
Templa feres & me uictore uocaberis ultor.
Vouerat. & fuſo lætus ab hoſte redit.
Nec ſatis ē meruiſſe ſibi cognomina martis.
Perſequitur parthi ſigna retenta manu.
Gēs fuit & campis. & equis & tuta ſagittis
Et circumfuſis in uia fluminibus.
Addiderant animos craſſorum funera genti
Quom periit miles ſignaq; duxq; ſimul.
Signa ducis miles parth9 romana tenebat:
Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat.
Iſq; pudor māſiſſet adhuc niſi fortib9 armis
Cæſaris auſoniæ protegerentur opes.
Ille notas ueteres & longi dedec9 æui
Suſtulit. agnorunt ſigna recepta ſuos.
Quid tibi nūc ſolitæ mitti poſt terga ſagittæ?
Quid loca? quid rapidi profuit uſus equi?
Pāthe refers aquilas. uictoſ q̊q; porrigis arcus
Pignora iam noſtri nulla pudoris habes.
Rite deo templumq; datum: nomēq; biſultor:
Emeritus uota debita ſoluit honor.
Solēnes ludos circi celebrate quirites.
Non uiſa eſt fortem ſcæna decere deum.
Pleiades aſpicias omēs: totumq; ſororum
Agmen ubi ante idus nox erit una ſuper.
Tūc mihi non dubiis auctorib9 incipit æſtas:
Et tepidi finem tempora ueris habent.
Idibus ora prior ſtellantia tollere taurum
Indicat. huic ſigno fabula nota ſubeſt.
Præbuit ut taur9 tyriæ ſua terga puellæ.
Iuppiter: & falſa cornua fronte tulit.
Illa iubam dextra leuaq; tenebat amictus:
Et timor ipē noui cauſa decoris erat.
Aura ſin9 implet: flauos mouet aura capillos.
Sydoni ſic fueras aſpicienda ioui.

Sæpe puellares ſubduxit ab æquore plantas:
Et metuit tactus aſſilientis aquæ.
Sæpe deus prudens tergum demittit in ūdas:
Hæreat ut collo fortius illa ſuo.
Littoribus tactis ſtabat ſine cornib9 ullis
Iuppiter inq; deum de boue uerſus erat.
Taurus init coelū.te ſydoni iuppiter implet.
Parsq; tuum terrae tertia nomen habet.
Et coeli ſignū phariam dixere iuuencam.
Quae bos ex homīe ē ex boue facta dea.
Tūc quoq; priſcorum uirgo ſimulacra uiroruʒ
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.
Corpora poſt decies ſenos qui credidit annos
Miſſa neci:ſceleris crimine dānat auos.
Fama uetus tūc quom ſaturnia terra uocata eſt
Talia fatidici dicta fuere ſenis.
Falcifero libate ſeni:duo corpora gentis
Mittite.quae thuſcis excipiantur aquis.
Donec in haec uenit tyrinthi9 arua:quotānis
Triſtia leucadio ſacra peracta deo.
Illum ſtramineos in aquam miſiſſe quirites.
Herculis exemplo corpora falſa iaci.
Pars putat ut ferrent iuuenes ſuffragia ſoli:
Pontibus infirmos praecipitaſſe ſenes.
Thybri doce uerum tua ripa uetuſtior urbe eſt.
Principium ritus tu bene noſſe potes.
Thybris arūdiferum medio caput extulit alueo
Raucaq; dimouit talibus ora ſonis.
Haec loca deſertas uidi ſine moenibus haerbas.
Paſcebat paucos utraq; ripa boues.
Et quē nūc gentes thyberiʒ norūtq; timentq;:
Tunc etiam pecori deſpiciendus eram.
Arcadis euandri nomen tibi ſaepe refertur
Ille meas remis aduena torſit aquas.
Venit & alcides turba comitatus achiua:
Albula ſi memini tunc mihi nomen erat.
Excipit hoſpicio iuuenem pallantius heros.
Et tandem cacco debita poena fuit.
Victor abit.ſecūq; boues erithreida praedam

Abſtrahit.at comites longius ire negant.
Magnaq; pars horum deſertis manſit in agris.
Montibus his ponūt ſpemq; laremq; ſuum.
Sæpe tamē patriæ dulci tanguntur amore.
Atq; aliquis moriens hoc breue mandat op9
Mittite me in thyberim.thyberinis uect9 ī ūdiſ.
Littus ad inachium puluis inanis eam.
Diſplicet hæredi mandati cauſa ſepulchri:
Mortuus auſonia conditur hoſpes humo.
Scirpea pro domino in thyberiʒ iactat̄ imago:
Vt repetat graias per freta longa domos.
Hactenus:ut ſubiit uiuo rorantia ſaxo
Antra:leues curſum ſuſtinuiſtis aquae.
Clare nepos athlantiſ ades quē montib9 olim
Edidit arcadiiſ pleias una ioui.
Pacis & armorum ſuperis.imiſq; deorum
Arbiter:alato qui pede carpis iter:
Læte lyræ pulſu nitida quoq; læte paleſtra:
Quo didicit culte lingua docente loqui.
Templa tibi poſuere patreſ ſpectantia circum
Idibuſ: ex illo eſt hæc tibi ſacra dies.
Te quicūq; ſuas profitentur uendere merces:
Thure dato:tribuaſ ut ſibi lucra rogant.
Eſt aqua mercurii portæ uicina capenæ:
Si iuuat expertiſ credere:numen habet.
Huc uenit incinctuſ tunica mercator:& urna
Puruſ ſuffuſa.quam ferat:haurit aquam:
Vda fit hinc lauruſ:lauro ſparguntur ab uda
Omnia quæ dominoſ ſunt habitura nouos.
Spargit & ipe ſuoſ lauro rorante capillos:
Et peragit ſolita fallere uoce preces.
Ablue præteriti periuria temporiſ inquit.
Ablue præteriti perfida uerba die.
Siue ego te feci teſtem:falſo ue citaui
Non audituri numina uana iouis.
Siue deum prudenſ aliū.diuam ue fefelli:
Abſtulerīt celeres improba uerba noti.
Et pereant ueniente die periuria nobis:
Nec curent ſuperi ſi qua locutuſ ero.

Da mō lucra mihi.da facto gaudia lucro:
Et face ut emptori uerba dediſſe iuuet.
Talia mercurius poſcentes ridet ab alto
Se memor ortygias ſurripuiſſe boues.
At mihi parce precor.tanto meliora petenti:
In geminos ex quo tempore phoebus eat?
Quom totidē de menſe dies ſupereſſe uidebiſ
Quot ſunt herculei facta laboris:ait.
Dic ego reſpondi.cām mihi ſyderis huius:
Cauſam facūdo reddidit ore deus.
Abſtulerant raptas phoeben phoebesq; ſororē.
Tyndaridæ fratres hic eques ille pugil.
Bella parant:repetūtq; ſuas & frater & idas
Leucippo fieri pactus uterq; gener.
His amor ut repetant:illis ut reddere nolint
Suadet.& ex cā pugnat uterq; pari.
Effugere oebalidæ curſu potuere ſequentes.
Sed uiſum celeri uincere turpe fuga eſt.
Liber ab arborib9 locus ē apta area pugnæ.
Conſtiterant illo nomina fida loco.
Pectora tranſiectus lynceo caſtor ab enſe
Non expectato uulnere preſſit humum.
Vltor adeſt pollux & lincea perforat haſta:
Qua ceruix humeros continuata tegit:
Ibat in hūc idas:uixq; eſt iouis igne repulſus:
Tæla tamen dextræ fulmine rapta negant.
Iamq; tibi pollux cœlum ſublime patebat:
Quom mea dixiſti percipe uerba pater.
Quod mihi das uni:cœlum partire duobus
Dimidiū toto munere maius erit.
Dixit.& alterna fratrem ſtatione redemit
Vtile ſollicitæ ſydus utrūq; rati.
Ad ianum redeat:qui quærit agonia qd ſint:
Quæ tamen in faſtis hoc quoq; tēp9 habent.
Nocte ſequēte diem canis erigonius exit.
Eſt alio ſigni reddita cā loco.
Proxima uulcani lux eſt:quam luſtria dicunt.
Luſtrantur puræ quas facit ille tubæ.
Quattuor inde notis locus ē quib9 ordīe lectis:

Vel mos ſacrorum uel fuga regis ineſt.
Nec te praetereo populi fortuna potentis.
Publica: cui templū luce ſequēte datum ē.
Hanc ubi diueſ aquis acceperit amphitrite:
Grata ioui fuluae roſtra uidebis auis.
Auferet ex oculis ueniens aurora boetem.
Continuaq; die ſydus biantiſ erit.

HIC QVOQVE MENSis
habet dubias ī noīe cauſas:
Quæ placeant poſitis
omnibus ipſe leges.
Facta canam: ſed erunt q me finxiſſe loquent:
Nullaq; mortali numina uiſa putent.
Eſt deus in nobiſ: agitante caleſcimus illo.
Impetus hic ſacrae ſemina mentis habet.
Fas mihi praecipue uultus uidiſſe deorum
Vel quia ſum uates: uel quia ſacra cano.
Eſt nem9 arboribus denſum ſecretuſ ab omni
Voce locus: ſi non obſtreperetur aquis.
Hic ego quaerebam coepti quae menſis origo
Eſſet: & in cura nominis huius eram.
Ecce deas uidi non quaſ præceptor arandi
Viderat: aſcreaſ quom ſequeretur oueſ.
Nec quas priamideſ in aquoſæ uallib9 idæ
Contulit. ex illiſ ſed tamen una fuit.
Ex illis fuit una ſui germana mariti.
Haec erat agnoui quae ſtat in arce iouis.
Horrueram tacitoq; animum pallore fatebar.
Tunc dea: quoſ fecit: ſuſtulit illa metus:
Namq; ait o uates romani conditor anni.
Auſe per exiguos magna referre modos.
Ius tibi feciſti numen coeleſte uidendi.
Quom placuit numeriſ condere feſta tuis.
Ne tamen ignoreſ uulgiq; errore traharis:
Iuniuſ a noſtro numine nomen habet.
Eſt aliquid nupſiſſe ioui: iouiſ eſſe ſororem.

Fratre magis dubito glorier:an ne uiro.
Si gen⁹ aſpicitur:ſaturnū prima parentem
Feci.ſaturni ſors ego prima fui.
A patre dicta meo quondā ſaturnia roma eſt.
Hæc illi e cœlo proxima terra fuit.
Si torus in precio ē:dicor matrona tonantis:
Iunctaqꝫ tarpeio ſunt mea templa ioui.
An potuit maio pellex dare nomina menſi:
Hic honor in nobis inuidioſus erit?
Cur igitur regina uocor:princepsqꝫ deorum:
Aurea cur dextræ ſceptra dedere meæ.
An faciunt menſem luces:lucinaqꝫ ab illis:
Dicar:& a nullo nomina menſe traham?
Tū me poeniteat poſuiſſe fideliter iras:
In gentis electræ dardaniamqꝫ domum.
Cauſa duplex iræ.rapto ganimede dolebam
Forma quoqꝫ ideo iudice uicta mea eſt:
Poeniteat ꝙ nō foui cartaginis arces:
Quom mea ſint illo curr⁹ & arma loco.
Poeniteat ſparten.ãgosqꝫ measqꝫ mycenas:
Et ueterem latio ſuppoſuiſſe ſamon.
Adde ſenem tatium iunonicolasqꝫ faliſcos:
Quos ego romanis ſuccubuiſſe tuli.
Sed neqꝫ poeniteat nec gens mihi carior ulla ē.
Hic colō.hic teneo cū ioue templa meo.
Ipſe mihi mauors commendo moenia dixit
Hæc tibi.tu pollens urbe nepotis eris.
Dicta fides ſequitur.cētū cælebramur in aris:
Nec leuior quo uis ē mihi menſis honor.
Nec tñ hūc nobis tātū mō præſtat honorem
Roma:ſuburbani dant mihi munus idem.
Inſpice quos habeat nemoralis aricia faſtos:
Et populus laurens:lauiniumqꝫ meum:
Eſt illic menſis iunoni⁹:aſpice thibur:
Et præneſtinæ moenia ſacra deæ.
Iunonisqꝫ leges tēpus.nec romulus illas
Condidit:at noſtri roma nepotis erat.
Finierat iuno.reſpexim⁹.herculis uxor.
Stabat:& in uultu ſigna dolentis erant.

Non ego ſi toto mater me cedere coelo
Iuſſerit: inuita matre morabor ait.
Nūc quoq; nō luctor de nomine tēporis huiꝰ
Blādior: & partes pene rogātis ago.
Rēq; mei iuris malim tenuiſſe p̄cando:
Et faueas cauſæ forſitan ipſe meæ.
Aurea poſſedit ſocio capitolia templo
Mater & ut debet: cum ioue ſumma tenet:
At decꝰ omne mihi contingit origine mēſis:
Vnicꝰ eſt: de quo ſollicitamur honor.
Quid graue ſi titulū mēſis romane dediſti
Herculis uxori: poſteritaſq; memor?
Hæc q̊q; terra aliquid debet mihi noīe magni
Cōiugis: huc captas appulit ille boues.
Hic male defenſus flamis & dote paterna
Cacꝰ auentinam ſanguine tinxit humum.
Ad ꝓpiora uocor. populū digeſſit ab annis
Romulus: in partes diſtribuitq; duas.
Hæc dare cōſilium: pugnare paratior illa eſt.
Hæc ætas bellum ſuadet: ut illa gerat.
Sic ſtatuit. menſeſq; nota ſecreuit eadem.
Iunius eſt iuuenum: qui fuit ante: ſenum.
Dixit. & in litem ſtudio certaminis iſſent:
Atq; ira pietas diſſimulata foret.
Venit apollinea longas concordia lauro
Nexa comas placidi numen opuſq; ducis.
Hæc ubi narrauit tatiū fortemq; quirinuʒ
Binaq; cum populis regna coiſſe ſuis:
Et lare communi ſoceros generoſq; receptos:
His nomen iunctis iunius inquit habet.
Dicta triplex cauſa eſt. at uos ignoſcite diuæ:
Res eſt arbitrio non dirimenda meo.
Ite pares a me. perierunt iudice formæ
Pergama. plus lædunt: q̄ iuuat una: duae.
Prima dies tibi carna datur dea cardinis haec ē:
Numine clauſa aperit: claudit aperta ſuo.
Vnde datas habeat uires obſcurior aeuo
Fama. ſed e noſtro carmine certus eris.
Adiacet ātiquus thyberino lucꝰ elerni.

Pontifices illuc nunc quoq; ſacra ferunt.
Inde ſata ẽ nymphae granen dixere priores
Nec quicq̃ multis ſæpe petita procis.
Rura ſequi :iaculisq; feras agitare ſolebat
Nodoſasq; caua tendere ualle plagas.
Non habuit pharetrã.phoebi tñ eſſe ſororem
Credebant :nec erat phoebe pudenda tibi.
Huic aliquis iuuenum dixiſſet amantia uerba :
Reddebat tales protinus illa ſonos.
Hæc loca lucis habent nimis:& cũ luce pudõis.
Si ſecreta magis ducis in antra :ſequar.
Credulus ante ſubit.frutices hæc nacta reſiſtit
Et latet :& nullo ẽ inuenienda loco.
Viderat hãc ianus uiſæq; cupidine captus
Ad duram uerbis mollibus uſus erat.
Nympha iubet quæri de more remoti9 antrũ:
Vtq; comes ſequitur deſtituitq; ducem
Stulta .uidet ianus quæ poſt ſua terga gerãtur.
Nil agis:& latebras reſpicit ille tuas.
Nil agis en dixit nã te ſub rupe latentem
Occupat amplexu:teq; potitus ait.
Ius pro concubitu noſtro tibi cardinis eſto:
Hoc precium poſitæ uirginitatis habe.
Sic fatus uirgã:qua triſtes pellere poſſet
A forib9 noxas hæc erat alba dedit.
Sũt auidæ uolucres:nõ quæ phineia menſis:
Guttura fraudabant.ſed gen9 inde trahunt.
Grãde caput:ſtãtes oculi:roſtra apta rapinæ:
Cannities pennis:unguib9 ham9 ineſt .
Nocte uolãt puerosq; petũt nutricis egentes
Et uitiant cunis corpora rapta ſuis.
Carpere dicũtur lactentia uiſcera roſtris:
Et plenũ poto ſanguine guttur habent.
Eſt illis ſtrigib9 nomẽ ſed nominis hui9
Cauſa:q; horrenda ſtridere nocte ſolent.
Siue igitur naſcuntur aues:ſeu carmine fiunt
Nenia quæ in uolucres falſa figurat an9 :
In thalamos uenere ꝓcæ proca nat9 in illis:
Præda recens auium quinq; dieb9 erat .

Pectoraq; exorbent auidis infantia linguis.
  Et puer infoelix uagit opemq; petit
Territa uoce ſui nutrix accurrit alumni:
  Et rigido ſectas inuenit ungue genas.
Quid faceret? color oris erat q̃ frōdibus olim
  Eſſe ſolet ſeris: quas noua læſit hyems.
Peruenit ad gyanen: & rē doc&. illa timorem
  Pone: tu9 ſoſpes dixit alūn9 erit.
Venerat ad cunas flæbāt materq; paterq;
  Siſtite uos lachrymas: ipſa medebor ait.
Protin9 arbutea poſtes ter in ordine tangit
  Fronde ter arbutea limina fronde notat.
Spāgit aquis adit9 & aquæ medicamē habebāt:
  Extaq; de porca cruda bimeſtre tenet.
Atq; ita noctis aues extis puerilib9 inquit
  Parcite. pro paruo uictima parua cadit.
Cor pro corde p̄cor: ꝓ fibris ſumite fibras.
  Hāc animam uobis pro meliore dam9.
Sic ubi libauit ꝓſecta ſub æthera ponit:
  Quiq; adſint ſacris reſpicere illa uetat.
Virgaq; ianalis de ſpina ſumitur albar
  Qua lumen thalamis parua feneſtra dabat.
Poſt illud neq; aues cunas uiolaſſe feruntur.
  Et rediit puero: qui fuit ante: color.
Pīguia cur illis guſtātur larda calendis:
  Mixtaq; cū calido ſit faba farre: rogas?
Priſca dea ē: aliīq; cybis quib9 āte ſolebat
  Nec petit aſſatas luxurioſa dapes.
Piſcis adhuc illis populis ſine fraude natabat:
  Oſtreaq; in conchis tuta fuere ſuis.
Nec latium norat quā prebet ionia diues.
  Nec quæ pigmeo ſanguine gaudet auis.
Et præter pennas nihil in pauone placebat:
  Nec tellus captas miſerat ante feras.
Sus erat in precio. cæſa ſue feſta colebant.
  Terra fabas tantum: duraq; farra dabat.
Quæ duo miſta ſimul ſextis q̃cūq; calendis:
  Ederit: huic lædi uiſcera poſſe negant.
Arce q̊q; in ſumma iunoni templa monetæ.

Ex uoto memorant facta camille tuo.
Ante dom9 malii fuerat: qui gallica quondã
A capitolino reppulit arma ioue.
Quã bene dii magni pugna cecidiſſet in illa
Defenſor ſolii iuppiter alte tui.
Vixit ut occideret damnatus crimine regni:
Hunc illi titulum longa ſenecta dabat.
Lux eadem marti feſta ẽ que ꝓſpicit extra
Appoſitũ rectae porta capena uiæ.
Te quoq; tempeſtas meritã delubra fatemur:
Quom pene eſt corſis obruta claſſiſ aquis.
Hæc hominũ monumẽta parẽt.ſʒ quærim9 aſtra
Tunc oritur magni præpes adunca iouis.
Poſtera lux hyadas taurine cornua frontis
Euocat.& multa terra madeſcit aqua.
Mane ubi iam fuerit phoeb9q; iterauerit õtus:
Factaq; erit poſito rore bis uda ſeges:
Hac ſacrata die thuſco bellona duello
Dicitur.& latio proſpere ſemper adeſt.
Appi9 ẽ auctor:pyrrho qui pace negata:
Multum animo uidit.lumine cæcus erat.
Proſpicit a tergo ſummũ breuis area circum:
Eſt ubi non paruæ parua columna notæ.
Hinc ſolet haſta manu belli prænũcia mitti:
In regem & gentes cum placet arma capi.
Altera pars circi cuſtode ſub hercule tuta eſt:
Qui deus euboico carmine munus habet.
Muneris eſt temp9:qui nonas lucifer ante eſt.
Si titulos quæris ſylla probabit opus.
Quærebam nonas:ſancto:fidio ne referrem:
An tibi ſemipater.tũc mihi ſanctus ait.
Cuicũq; ex illis dederis:ego mun9 habebo.
Nomina terna fero.ſic uoluere patres:
Hũc igitur ueteres donarũt æde ſabini:
Inq; quirinali conſtituere iugo.
Eſt mihi:ſitq; precor noſtris diuturnior annis
Filia:qua foelix ſoſpite ſemper ero.
Hãc ego quom uellẽ genero dãe:tẽpõa tedis
Apta requirebam:quæq; cauenda forent.

Tūc mihi poſt ſacras mōſtratur iuni9 id9
Vtilis:& nuptis utilis eſſe uiris.
Primaqꝫ pars hui9 thalamis aliena reperta eſt:
Nam mihi ſic coniux ſancta dialis ait.
Donec ab iliaca placid9 purgamina ueſta
Detulerit flauiſ in mare thybriſ aquis
Non mihi detōſæ crineſ depectere buxo:
Non ūgues ferro ſubſecuiſſe licet.
Non tetigiſſe uirū:quiſ iouiſ ille ſacerdos:
Quāuis perpetua ſit mihi lege dat9.
Tu quoqꝫ ne propera meli9 tua filia nubet
Ignea quom pura ueſte nitebit hum9.
Tertia poſt nonas remouere lycaona phoebe
Fertur:& a tergo non hab& urſa metum.
Tūc ego me memini ludos in gramine campi
Aſpicere:& dici lubrice thybri tuos.
Feſta dies illiſ:qui lina madentia ducūt:
Quiqꝫ tegunt paruis æra recurua cybis.
Mēs quoqꝫ numen habet:mēti delubra uidem9
Vota metu belli perfide pene tui.
Pene rebellabaſ.& laeto conſuliſ omnes
Attoniti mauras pertimuere man9.
Spē met9 abſtulerat.cū menti uota ſenatus
Suſcipit.& melior ꝓtinus illa fuit.
Aſpicit īſtantes mediiſ ſex lucib9 id9
Illa dieſ:qua ſunt uota ſoluta deae.
Veſta faue:tibi nūc operata reſoluim9 ora:
Ad tua ſi nobis ſacra uenire licet.
In p̄ce tot9 eram:cœleſtia numina ſenſi
Laetaqꝫ purpurea luce refulſit hum9.
Non equidē uidi.ualeant mendacia uatum:
Tu dea non fueras aſpicienda uiro.
Sed quae neſcieram:quorumqꝫ errore tenebar:
Cognita ſunt nullo praecipiente mihi.
Dena quater memorāt habuiſſe palilia romā
Cū flamae cuſtos aede recepta dea eſt.
Regis op9 placidi:quo non metuenti9 ullū
Numinis ingenium terra ſabina tulit.
Quae nūc aere nitēt ſtipula tūc tecta uirebāt:

Et paries lento uimine textus erat.
Hic locus exiguus qui ſuſtinet atria ueſtæ:
Tunc erat intonſi regia magna numæ.
Forma tamen templi quæ nūc manet:āte fuiſſe
Dicitur:& formæ cauſa probanda ſubeſt.
Veſta eadem ē:& terra ſubeſt:uigil ignis utriq;.
Significant ſedem terra focusq; ſuam.
Terra pilæ ſimilis nullo fulcimine niſſa
Aere ſubiecto tam graue pendet onus.
Arte ſyracuſia ſuſpenſus in aere clauſo
Stat globus immenſi parua figura poli.
Et quantum a ſummis tātū ſeceſſit ab imis
Terra:ꝙ ut fiat forma rotunda facit.
Par facies templi.nullusq; occurritur illo
Angulus:a pluuio uendicat imbre tholus.
Cur ſit uirginib9 quæris dea culta miniſtris?
Inueniam cauſas hac quoq; parte ſuas.
Ex ope iunonem memorant cererēq; creatas
Semine ſaturni:tertia ueſta fuit.
Vtraq; nupſerūt:ambæ peperiſſe ferūtur:
De trib9 impatiens reſtitit una uiri.
Quid mirū uirgo ſi uirgine læta miniſtra
Admittit caſtas in ſua ſacra manus?
Nec tu aliud ueſtam quā uiuam intellige flāmā:
Nataq; de flama corpora nulla uides.
Iure igitur uirgo ē:quæ ſemina nulla remittit:
Nec capit:& comites uirginitatis amat.
Eſſe diu ſtultus ueſtæ ſimulacra putaui:
Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.
Ignis inextinct9 templo coelatur in illo:
Effigiem nullam ueſta nec ignis habent.
Stat ui terra ſua:ui ſtando ueſta uocatur:
Cauſaq; par graii nominis eſſe poteſt.
At focus a flamis & ꝙ fouet omnia dictus:
Qui tamen in primis ædibus ante fuit.
Hinc quoq; ueſtibulum dici reōr:īde precamur
Quæ famur:ueſtam quæ loca prima tenet.
Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat & menſæ credere adeſſe deos.

Nūc q̄q; cum fiunt antiquæ ſacra uacunæ:
Ante uacunales ſtantq; ſedentq; focos.
Venit ī hos ānos aliquo de more uetuſtas.
Fert miſſos ueſtæ pura patella cibos.
Ecce coronatis panis dependet aſellus:
Et uelant ſcabras florida ſerta molas.
Sola pri9 furnis torrebant farra coloni
Et fornacali ſunt ſtata ſacra deæ.
Suppoſitū cineri panem foc9 ipſe parabat
Strataq; erat tepido tegula quaſſa ſolo.
Inde focū ſeruat piſtor: dominamq; focorum
Et quæ puniceas uerſat aſella molas.
Præterea referā ne tuum rubicunde priape:
Dedec9 ? ē multi fabula plena ioci.
Turrigerā frōtem cybele redimita coronis
Cōuocat æternos ad ſua feſta deos.
Cōuocat & ſatyros: & ruſtica numina nymphas
Silen9 q̄uis nemo uocarat adeſt:
Nec licet & lōgū eſt: epulas nārare deoruz.
In multo nox eſt peruigilata mero.
Dii temere. errabāt. ī opacae uallib9 idæ
Pars iacet. & molli gramine membra leuant.
Hi ludūt. hos ſomn9 habet: pars brachia nectūt.
Pars uiridem celeri ter pede pulſat humum.
Veſta iacet. placidāq; capit ſecura quietem
Sicut erat poſitū ceſpite fulta caput.
At ruber ortoꝝ cuſtos nymphaſq; deaſq;
Captat. & errantes fertq; refertq; pedes.
Aſpicit. & ueſtā: dubiū eſt nymphā ne putarit
An ſcierit ueſtam ſcire ſed iſpe negat.
Spē capit obſcenā: furtūq; accedere tentat:
Et fert ſuſpenſos corde micāte grad9.
Forte ſenex: quo uect9 erat: ſilen9 aſellum
Liquerat ad ripas lene ſonātis aquæ.
Ibat ut inciperet lōgi de9 helleſponti:
Intempeſtiuo cū rudit ille ſono.
Territa uoce graui ſurgit dea. cōuolat ōnis
Turba: per infeſtas effugit ille man9.
Lampſacos hūc ſoli ſolita ē mactare priapo:

Apta aſini flãmis indicis exta damus.
Quã tu diua memor de pane monilib9 ornas:
Ceſſat opus uacue cõticuere molæ.
Nomĩe q̃ precio celebratior arce tonantis
Diſcant piſtoris quid uelit ara iouis.
Cicta premebantur trucibus capitolia gallis
Fecerat obſidio iã diuturna famem.
Iuppiter ad ſolium ſuperis regale uocatis
Incipe ait marti ꝓtinus ille refert.
Scilicet ignotum ẽ.que ſit fortuna deoꝝ
Et dolor hic animi uoce querẽtis eget?
Si tamen ut referã breuiter mala iuncta pudori
Exigis.alpino roma ſub hoſte iacet.
Hæc ẽ cui fuerat ꝓmiſſa potẽtia rerum:
Iuppiter hãc terris ĩpoſiturus eras.
Iamq; ſuburbanos:hetruſcaq; cõtudit arma
Spes erat ĩ curſu.nũc lare pulſa ſuo ẽ.
Vidimus ornatos ærata p atria picta
Veſte triumphales ſuccubuiſſe ſenes.
Vidim9 iliacæ tranſferri pignora ueſtæ
Sede.putant aliquos ſcilicet eſſe deos
At ſi reſpicerent qua uos habitatis ĩ arce
Totq; domos ueſtras obſidione premi.
Nil opus ĩ cura ſcirent ſupereſſe deoꝝ:
Et data ſollicita thura perire manu.
Atq; utinã pugnæ pateat locus.arma capeſſant
Et ſi non poterunt exuperare cadãt.
Nũc ĩnopes uictus ignauaq; fata timentes
Monte ſuo clauſos barbara turba premit.
Tunc uenus:& lituo pulcher trabeaq; quirinus:
Veſtaq; pro latio multa locuta ſuo ẽ.
Publica reſpondit cura ẽ ꝓ mœnibus iſtis
Iuppiter:& pœnas gallia uicta dabit.
Tu modo:quæ deſunt fruges:ſupeſſe putẽtur
Effice.nec ſedes deſere ueſta tuas.
Quodcũq; ẽ ſolidæ cereris caua machĩa frãgat
Mollitãq; manu duret ĩ igne focus.
Iuſſerat & fratris uirgo ſaturnia iuſſis
Annuit:&mediæ tempora noctis erant. zz.i.

Iã ducibus ſomnũ dederat labor: ĩcrepat illos
Iuppiter. & ſacro quid uelit ore docet.
Surgite & ĩ medios de ſumis arcibus hoſtes
Mittite: quã minime perdere uultis opẽ.
Somnus abit. quærũtq; nouis ambãgibus acti
Tradere quã nolint & iubeantur opem.
Eſſe ceres uiſa ẽ. iaciunt cerealia dona.
Iacta ſuper galeas longaq; ſcuta ſonant.
Poſſe fame uinci ſpes excidit hoſte repulſo
Candida piſtori ponitur ara ioui.
Forte reuertebar feſtis ueſtalibꝰ illa
Qua uia romano nũc noua iuncta foro ẽ.
Huc pede matronam nudo deſcendere uidi
Obſtupui tacitꝰ ſuſtinuiq; gradum.
Senſit anus uicina loco: iuſſumq; ſedere
Alloquitur quatiẽs uoce tremẽte caput.
Hæc ubi nũc fora ſunt: udæ tenuere paludes
Amne redundatis foſſa madebat aquis.
Curtius ille lacuſ ſiccas qui ſuſtinet araſ:
Nunc ſolida ẽ tellus: ſed lacus ante fuit.
Sæpe ſuburbanas rediẽs cõuiua per undas
Cantat. & ad nautas ebria uerba iacit.
Qua uelabra ſolent ĩ circum ducere pompas
Nil præter ſalices craſſaq; cãna fuit.
Nondũ conueĩens diuerſis iſte figuris
Nomen ab aduerſo cœperat amne deus.
Hic quoq; lucus erat iuncis & arundine denſus
Et pede uelato non adeunda palus.
Stagna receſſerunt. & aquas ſua ripa cobercet
Siccaq; nunc tellus: mos tamen ille manet.
Reddiderat cauſam. ualeaſ anꝰ optima dixi:
Quod ſupereſt æui molle ſit omne tui.
Cætera iã pridem didici puerilibus annis
Nõ tamẽ idcirco prætereunda mihi.
Mœnia dardaides nuper noua fecerat ilus:
Ilus adhuc aſiæ diues habebat opes.
Creditur armiferæ ſignum cæleſte mineruæ
Vrbis ĩ iliacæ. deſiluiſſe iugo.
Cura uidere fuit. uidi templũq; locumq;

Hoc ſupereſt illis .pallada roma tenet.
Conſulitur ſatyruſ lucoqꝫ obſcurus opaco
Hos non mentito reddidit ore ſonos.
Aeteriam ſeruate deam: ſeruabitis urbem:
Imperium ſecum tranſferet illa loci.
Seruat & incluſam ſumma tenet ilus in arce:
Curaqꝫ ad hæredem laomedōta uenit.
Sub priamo ſeruata parum. ſic ip̃a uolebas
Ex quo iudicio forma reuicta tua eſt.
Seu gener adraſti: ſeu furtis aptus ulyſſes:
Seu pius æneas: eripuiſſe ferunt.
Auctor in incerto eſt. res eſt romana. tuetur
Veſta: ꝙ aſſiduo lumine cuncta uidet.
Heu q̃tum timuere patres quo tempore ueſta
Arſit. & eſt tectiſ obruta pene ſuis.
Flagrabant. ſancti ſceleratis ignibus ignes
Mixtaqꝫ erat flamæ flama prophana piæ.
Attonitæ flebant demiſſo crine miniſtræ.
Abſtulerat uires corporiſ ip̃e timor.
Prouolat in mediū: & magna ſuccurrite uoce:
Non eſt officium flere metellus ait.
Pignora uirgineis fatalia tollite flamis:
Non ea ſunt uoto ſed rapienda manu.
Me miſerū dubitatis ait: dubitare uidebat
Et pauidas poſito procubuiſſe genu.
Haurit aquas: tollenſqꝫ manus ignoſcite dixit.
Sacra uir intrabo non adeunda uiro.
Si ſcelus eſt: ī me cōmiſſi poena redundet:
Sit capitis dāno roma ſoluta mei.
Dixit. & irrupit. factū dea rapta probauit:
Pontificiſqꝫ ſui munere tuta fuit.
Nunc bene lucetis ſacro ſub cæſare flamæ
Ignis in iliaciſ nunc erit: eſtqꝫ focis.
Nullaqꝫ dicetur uittas temeraſſe ſacerdoſ
Hoc duce: nec uiua defodietur humo.
Sic inceſta perit: quia quam uiolauit: in illa
Conditur: & tellus ueſtaqꝫ numen idem ē.
Tū ſibi calaico brutus cognomen ab hoſte
Fecit: & hiſpanam ſanguine tinxit humum.

Scilicet interdum miſcentur triſtia lætis :
Nec populum toto pectore feſta iuuant.
Craſſus ad eufraten aquilas natumq; ſuosq;
Perdidit :& læto ē ultimus ipe datus.
Parthe quid exultaſ ?dix dea.ſigna remittes.
Quiq; necem craſſi uindicet ultor erit.
At ſimul auritis mollæ dementur aſellis:
Et cereris frugeſ aſpera ſaxa terent.
Nauita puppe ſedens delphina uidebimus ĩgt:
Humida cum pulſo nox erit orta die.
Iam phryx a nupta quereris titone relinqui:
Et uigil eois lucifer exit aquis.
Ite bonæ matres.ueſtrum matralia feſtum:
Flauaq; tebanæ reddite liba deæ.
Fontibus & magno iũcta eſt celeberrima circo
Area :quæ poſito de boue nomen habet.
Hac ubi luce ferũt mattutæ ſacra parenti
Sceptriferas ſerui templa dediſſe manus.
Quæ dea ſit:quare famulas a limine templi
Arceat :arcet enim:libaq; toſta petit:
Bacche racemiferos hedera redimite capillos
Si domus illa tua eſt dirige uatis opus.
Arſerat obſequio ſemele iouis.accipit ino
Te puer:& ſumma ſedula nutrit ope.
Intumuit iuno raptum q pellice natum
Educet:at ſanguis ille ſororis erat.
Hinc agitur athamas furiis ſub imagine falſa
Tuq; cadis patria parue learche manu.
Moeſta learcheas mater tumulaueras umbras:
Et dederat miſeris omnia iuſta rogis.
Hæc quoq; funeſtos ut erat laniata capillos
Proſiliit.a cunis te melicerta rapit.
Eſt ſpatio contracta breui :freta bina repellit :
Vnaq; pulſatur terra duab9 aquis.
Huc uenit .inſanis natum complexa lacertis:
Et ſecũ e ſummo mittit in alta iugo.
Excipit illaeſoſ panope centumq; ſorores:
Et placido lapſu per ſua regna ferunt.
Nondum leucothea nõdũ puer ille palemon:

Vorticibus denſis thybridiſ ora tenent.
Lucus erat: dubium ſemele ſtimule ne uocet:
Menadas auſoniaſ incoluiſſe ferunt.
Quærit ab his ino quæ genſ foret. ãcades eẽ
Audit: & euandrum ſceptra tenere loci.
Diſſimulata deam latiaſ ſaturnia bacchas
Inſtimulat fictis inſidioſa ſonis.
O nimiũ faciles o toto pectore captae
Non uenit hæc ueſtris hoſpeſ amica choris
Fraude petit. ſacriq; parat cognoſcere ritum:
Quo poſſit poenas pendere pignus habet.
Vix bene deſierat complent ululatibꝰ auras
Thyades infuſis per ſua colla comis.
Iniiciuntq; manꝰ puerumq; auellere tentant:
Quoſ ignorat adhuc inuocat illa deos.
Diiq; uiriq; loci miſeræ ſuccurrite matri:
Clamor auentini ſaxa propinqua ferit.
Appulerat ripæ uaccaſ oetes hiberas.
Audit: & ad uocem concituſ urget iter.
Herculiſ aduentu. quæ uĩ mõ ferre parabant:
Turpia foemineæ terga dedere fugæ.
Quid petiſ hĩc cognorat enĩ matertera bacchi?
An numen quod me: te quoq; uexat? ait.
Illa docet partim partim præſentia nati
Continet. & furiis in ſcelus iſte pudet.
Rumor: ut eſt uelox agitatis peruolat alis
Eſtq; frequens ino nomen in ore ſuum.
Hoſpita carmentis fidos intraſſe penates
Diceris: & longam depoſuiſſe famem.
Liba ſua properata manu tegeea ſacerdos
Traditur: & ſubito cocta dediſſe foco.
Nunc quoq; liba iuuant feſtis matralibꝰ. illa
Ruſtica ſedulitaſ gratior arte fuit.
Nũc ait o uates uenientia fata reſigna
Quæ lic&: hoſpitiiſ hoc precor adde meis.
Parua mora eſt coelũ uates ac numina ſumit
Fitq; ſui toto pectore plena dei.
Vix illam ſubito poſſes cognoſcere: tanto
Sanctior: & tanto quã mõ maior erat.

Læta canam : gaude defūcta laboribꝰ ino
Dixit : & huic populo ꝓſpera ſemper ades.
Numen eris pelagi natū quoqꝫ pōtus habebit
In noſtris aliud ſumite nomen aquis.
Leucothea graiis matuta uocabere noſtris :
In portus nato ius erit omne tuo.
Quē nos portunnū : ſua līgua palemona dicet.
Eſte precor noſtris æquus uterqꝫ locis.
Annuerat. ꝓmiſſa fides. poſuere labores.
Nomina mutarunt. hic deus : illa dea eſt
Cur uetet ancillas accedere quæritis ? odit.
Principiumqꝫ odii : ſi ſinat : ipa canam.
Vna miniſtrarum ſolita eſt cadmea tuarum
Sæpe ſub amplexus coniugis ire tui.
Improbus hāc athamas furti dilexit : ab illa
Comperit agricolis ſemina toſta dari.
Ipa quidē feciſſe negat. ſꝫ fama recepit :
Hoc eſt cur odio ſit tibi ſerua manꝰ.
Non tñ hāc pro ſtirpe ſua pia mater adoret :
Ipa parum foelix uiſa fuiſſe parens.
Alterius prolem melius mandabitis illi :
Vtilior baccho quam fuit illa ſuis.
Hāc tibi quo properas memorāt dixiſſe rutuli
Luce mea marſo conſul ab hoſte cades.
Exitus acceſſit uerbis flumenqꝫ theloni
Purpureum miſtis ſanguine fluxit aquis.
Proximꝰ annꝰ erat : pallantide uictus eadem
Didius hoſtiles ingeminauit opes.
Lux eadem fōtuna tua ē. auctorqꝫ locuſqꝫ.
Sed ſuper iniectis quis latet iſte togis ?
Seruius eſt : & conſtat eum. ſed cā latendi
Diſcrepat . & dubium me qꝫqꝫ mentis habꝫ.
Tū dea furtiuos timide ꝓfitetur amores .
Cœleſtemqꝫ homini concubuiſſe pudet.
Arſit enī magna correpta cupidine regis
Cæcaqꝫ in hoc uno non fuit illa uiro.
Nocte domum parua ſolita ē intrare feneſtra.
Vnde feneſtralis nomina porta tenet.
Nunc pudet : & uultus uelamine cœlat amatos

UPB

Oraq; ſunt multa regia tecta toga.
An magiſ eſt uerum: poſt tulli funera plæbem
Confuſam placidi morte fuiſſe ducis.
Nec modus ullus erat creſcebat imagine luct9
Donec eum poſitis occuluere togis.
Tertia cauſa mihi ſpatio maiore canenda eſt.
Nos tamen adductoſ intus agem9 equos.
Tullia coniugio ſceleris mercede parato:
Hiſ ſolita eſt dictis extimulare uirum.
Quid iuuat eſſe pares te noſtræ cæde ſororis:
Meq; tui fratris: ſi pia iura placent.
Viuere debuerant. & uir me9 & tua cōiūx:
Si nullū auſuri maius eram9 opus.
Et caput & regnū factum ē dotale parentis:
Si uir es indictas erige dotiſ opes.
Regia res ſcelus ē: ſocero cape regna necato:
Et noſtras patrio ſanguine tinge manus.
Talib9 inſtructus ſolio priuatuſ in alto
Sederat: attonitum uulgus ad arma ruit.
Huic cruor & cædes īfirmaq; uincitur ætas.
Sceptra gener ſocero rapta ſuperbus habet.
Ipſe ſub exquiliis ubi erat ſua regia cæſus
Concidit in dura ſanguinolentus humo.
Filia carpento patrios initura penates
Ibat per medias alta feroxq; uias.
Corpus ut aſpexit lachrymis auriga ꝑfuſis
Reſtitit: hunc tali corripit illa ſono.
Vadis: an expectas precium pietatis amarum?
Duc inquam īuitas ipſa per ora rotas.
Certa fides facti ē dictus ſceleratus ab illa
Vicus: & æterna res ea preſſa nota eſt.
Poſt tamen hæc cā eſt tēplū monumenta pētis
Tangere mira quidem: ſed tamen acta loquō.
Signū erat in ſolio reſidens ſub imagine tulli:
Dicitur hoc oculis oppoſuiſſe manum.
Et uox audita eſt: uultus abſcōdite noſtros:
Ne natæ uideant ora nefanda meæ.
Veſte data tegitur. uetat hanc fortuna moueri:
Et ſic e templo eſt illa loquta ſuo.
Cre releuato cum primum luce patebit

Serui9: hæc poſiti prima pudoris erit.
Parcite matronae uetitas attingere ueſtes:
Solemnes ſatis ē uoce mouere preces.
Sitqꝫ caput ſemper romano tectuſ amictu:
Qui rex in noſtra ſeptimus urbe fuit.
Arſerat hoc templum, ſigno tamē ille pepercit
Ignis, opem nato mulciber ipſe tulit.
Namqꝫ pater tulli uulcan9: creſcia mater
Præſignis facie corniculana fuit.
Hanc ſecū tanaquil ſacris de more peractis:
Iuſſit in ornatum fūdere uina focum.
Hic inter cineres obſceni forma uirilis
Aut fuit aut uiſa eſt, ſed fuit illa magis.
Iuſſa foco captiua ſedet, conceptus ab illa
Seruius: a cœlo ſemina gentis habet.
Signa dedit gēitor tūc quoꝫ caput igne coruſco
Contigit: inqꝫ comis flameus arſit apex.
Te quoqꝫ magnifica concordia dedicat æde
Liuia: q̄ caro præſtitit illa uiro.
Diſce tamen ueniens ætas ubi liuia nūc eſt
Porticuſ, immenſæ tecta fuere domus.
Vrbis opus domus una fuit, ſpatiūqꝫ tenebat:
Quo breuiuſ muris oppida multa tenent.
Hæc aequata ſolo eſt nullo ſub crimīe regni:
Sed quia luxuria uiſa nocere ſua eſt.
Subſtinuit tantas operum ſubuertere moles:
Totqꝫ ſuas haeres perdere caeſar opes.
Sic agitur cenſura & ſic exempla parantur
Quom iudex: alios qđ monet: ipſe facit.
Nulla mora eſt ueniente die quin dicere poſſis
Idibuſ inuicto ſunt data templa ioui.
Et iam quīquatres iubeor narrare minores.
Nunc ades o coeptis flaua minerua meis.
Cur uaguſ incedit tota tibicen in urbe
Quid ſibi perſonae: quid toga lōga uolūt?
Sic ego. ſic poſita tritonia cuſpide dixit:
Poſſem utinam doctae uerba referre deae.
Temporibus ueterū tibicicinis uſus auorum
Magn9: & in magno ſemp honore fuit.
Cantabat p̄hanis: cantabat tibia ludis:

Cantabat mœſtis tibia funeribꝰ.
Dulcis erat mercede labor.tēpꝰq; ſecutū eſt:
Quod ſubito gratæ frangeret artis opes.
Adde q aedilis:pompa qui funeris iret
Artifices ſolos iuſſerat eſſe decem.
Exilio mutant urbem .tyburq; recedunt:
Exilium quodam tempore tybur erat.
Quæritur in ſcæna caua tibia:quæritur aris:
Ducit ſupremoſ tibia nulla choros.
Seruus erat quidam q̃to libet ordine dignus
Tybure:ſed longo tempore liber erat.
Rure dapes parat ille ſuo turbamq; canoram
Conuocat:ad feſtas conuenit illa dapes.
Non erat & uinis oculiq; animiq; natabant
Quom præcompoſito nuncius ore uenit.
Atq; ita quid ceſſaſ conuiuas ſoluere dixit
Victor uindictæ iam uenit ecce ſuæ.
Nec mora conuiuæ ualido titubantia uino
Membra mouent .dubii ſtantq; labãtq; pedeſ
At dominꝰ diſcedite ait.plauſtroq; morantes
Suſtulit: in plauſtro ſcirpea lata fuit.
Alliciunt ſomnos tempꝰ: motꝰq;:merūq;.
Potaq; ſe tybur turba redire putat.
Iãq; per exquiliaſ romanam intrauerat urbem:
Et mane in medio plauſtra fuere foro.
Callidus ut poſſ& ſpecie numeroq; ſenatum
Fallere:perſonis imperat ora tegi.
Admiſcetq; alioſ.& ut hec tibicina cetum
Augeat :in longis ueſtibus eſſe iubet.
Sic reduces bene poſſe tegi:ne forte notent̃
Contra collegæ iuſſa rediſſe ſui.
Pes placuit.cultuq; nouo licet idibus uti :
Et canere ad ueteres uerba iocoſa modos.
Hæc ubi perdocuit?ſupereſt mihi diſcere:dixi
Cur ſit quinquatres illa uocata dies.
Martiꝰ inquit habet tali mea nomine feſta:
Eſtq; ſub iuuentis hæc quoq; turba meis.
Prima terebrato per rara foramina buxo
Vt daret effeci tibia longa ſonos.
Vox placuit.faciem liquidis referentibus ũdis:

Vidi & uirgineaſ intumuiſſe genas.
Arſ mihi nō tanti eſt.ualeas mea tibia dixi
Excipit abiectam ceſpite ripa ſuo.
Inuentam ſatyrus primum miraī :& uſum
Neſcit :& afflatam ſenſit habere ſonum.
Et modo dimittit digitos:mō cōcipit auras
Iamq; inter nymphaſ arte ſuperbus erat.
Prouocat & phoebum phoebo ſupāte pepēdit:
Cæſa receſſerūt a cute membra ſua.
Sū tamē inuentrix auctorq; ego carminis hui9.
Hoc eſt cur noſtroſ ars colit iſta dies.
Tertia nox ueniet:qua tu dodona dione
Stabit agenoreæ fronte uidenda bouis.
Hæc eſt illa dies qua tu purgamina ueſtæ:
Thybri per etruſcas in mare mittis aquas.
Si qua fides uētis zephyro date garbaſa nautæ:
Cras ueniet ueſtris ille ſecūdus aquis.
At pater heliadum radios ubi tinxerit undis
Et cinget geminos ſtella ſerena poloſ:
Nā duo ſunt: auſtris hic ē:aqlonibus ille
Proximus :a uento nomen uterq; tenet.
Tollet humo ualidos ꝓles hylea lacertos.
Continua delphin nocte uidendus erit.
Scilicet hic olim uolſcos equosq; fugatos
Viderat in campis algida terra tuis.
Vnde ſuburbano clarus tyburte triumpho:
Vectuſ es in niueiſ poſthume uictor equis
Iam ſenex & totidem luceſ de menſe ſuperſunt:
Huic unum numero tu tamen adde diem.
Sol abit e geminiſ.& cancri ſigna rubeſcunt:
Coepit auentina pallas in arce coli.
Iam tua laomedon orīr nurus:ortaq; noctem
Pellit.& e pratis uda pruina fugit.
Reddita :quiſqs iſ eſt ſummano tēpla ferūt.
Tunc cum romaniſ pyrrhe timendus eras.
Hanc quoq; cum patriiſ galathea receperit ūdiſ:
Plenaq; ſecure terra quietis erit:
Surgit humo iuueniſ teliſ afflat9 auitis:
Et gemino nexaſ porrigit angue manus.
Notuſ amor phedræ.nota ē iniuria theſei:

Deuouit natū credulus ille ſuum
Sollicitī terrentur equi: fruſtraq; retenti
Per ſcopulos dominū duraq; ſaxa trahūt.
Exciderat curru loriſq; moratibus artus
Hippolitus lacero corpore raptus erat.
Reddideratq; animā multum īdignāte diana.
Nulla coronides cauſa doloris ait.
Nāq; pio iuueni uitam ſine uulnere reddam
Et cedent atri triſtia fata meæ.
Gramina continuo loculis deꝓmit eburnis.
Profuerāt glauci manibus illa prius.
Tunc obſeruatas augur deſcendit ī herbas
Vſus & auxilio ē anguis ab angue dato.
Pectora ter tetigit: ter uerba ſalubria dixit:
Depoſitum terra ſuſtulit ille caput.
Lucus eum: nemoriſq; ſui dyctina receſſu
Cælat. aricino uirbius ille lacu.
At lacheſis clothoq; dolent: hic fila teneri
Hic fieri regni iura minora ſui.
Iuppiter exemplum ueritus direxit ī ipſum
Fulmīa. qui nimiæ nouerat artis opem.
Phœbe querebaris. deus ē. placare parenti.
Propter te fieri quod uetat. ipſe facit.
Non ego te q̄uis ꝓpabis uincere cæſar:
Si uetat auſpicium: ſigna mouere uelim.
Sunt tibi flaminius traſimenaq; littora teſtes
Per uolucres æquos multa monere deos.
Tempora ſi ueteris quæris temeraria damni
Quartus ab extremo mēſe bis eſſe dies.
Poſtera lux melior ſuperat maſiniſſa ſyphacē
Et cecidit telis haſdrubal ipſe ſuis.
Tempora labuntur. tacitiſq; ſeneſcimꝰ annis
Et fugiūt freno nō remorāte dies.
Quā cito uenerūt fortunæ fortis honores
Poſt ſeptē luces iunius actus erit.
Ite deam læti fortem celebrate quirites
In thyberis ripa munera regis habet.
Pars pede pars etiā celeri decurrite cymba:
Ne pudeat potos īde redire domum.

Ferte coroñate iuuenum cōuiuia lintres:
Multaqꝫ ꝑ medias uina bibantur aquas.
Plebs colit hāc, quia qui poſuit de plebe fuiſſe
Fertur. & ex humili ſceptra tuliſſe loco.
Conuenit & ſeruis: ſerua quia tullius ortus
Cōſtituit dubiæ templa ꝓpinqua deæ.
Ecce ſuburbana rediēs male ſobrius æde
Ad ſtellas aliquis talia uerba iacit.
Zona latet tua nunc: & cras fortaſſe latebit:
De hīc erit oriō aſpiciēda mihi.
At ſi non eſſet potus: dixiſſet eadem
Venturꝝ tempus ſolſtitiale die.
Lucifero ſubeunte: lares delubra tulerunt:
Hic ubi fit docta multa corona manu.
Tempus idem ſtatoris erit. ꝙ romulus olim
Ante palatini condidit ora iugi.
Tot reſtāt de menſe dies quot nomīa parcis:
Condita ſunt trabeæ templa quirine tuæ.
Tempus iul[illegible] cras e natale calendis.
Pyerides cœptis addite ſumma meis.
Dicite pyerides quis uos adduxerit illuc:
Cui dedit īuitas uicta nouerca manus.
Sic ego. ſic clio. clari monumenta philippi
Aſpicis: unde trahit martia caſta genus:
Martia ſacrifico deductū nomen ab anco
In qua par facies nobilitate ſua.
Par animo quoqꝫ forma ſuo reſpondet in illa
Et genus: & facies: īgeniūqꝫ ſimul.
Nec ꝙ laudamus formā tā turpe putaris.
Laudamus magnas hac quoqꝫ parte deas.
Nupta fuit quōdam matertera cæſaris illi.
O decus o ſacra fœmina digna domo:
Sic cecinit clio: doctæ aſſenſere ſorores.
Annuit alcides īcrepuitqꝫ lyra.

Publii ouidii naſonis ſulmonēſis poetæ clariſſi
mi faſtoꝝ libri feliciter expliciunt.

LAVS DEO